

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## C. Cornelii Taciti Opera Qvæ Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiae, 1668

Liber XV

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1742](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1742)

A  
C. CORNELII TACITI  
AB EXCESSV DIVI AVGVSTI  
ANNALIVM LIBER XV.  
BREVIARIVM LIBRI.

B **V**OLOGESES Parthorum Rex Armeniam inuadit. quem Corbulo cautè  
& tamen fortiter repressit. Sed Cæsonius Pætus missu Neronis mox superuē-  
nit, proprius Armeniæ tuenda dux. Is imperitiâ & temeritate rem perdidit:  
turpi fœdere cum hoste depactus. Corbulo ei tamen sed serò succurrit. Neroni  
filia ex Poppæâ nascitur, non vitalis. Legati Parthorum Romam venere, su-  
per Armeniâ retinendâ. irriti remittuntur: & bellum Corbuloni permissum.  
Is Armeniam iterum inuadit, & metu Parthis iniecto, ad colloquium ventum. Placuit arma po-  
ni, & Tiridatem diadema statuae Neronis submittere, nec nisi sponte eius resumere. Nero Neapoli  
cantat in publico: Roma luxu & libidine omnia polluit. Ipsa vrbs ardet casu, siue Principis dolo.  
qui in ruinis eius ingentem sibi domum exstruxit. Christiani ab eo exagitati & necati, falso cri-  
mine incendiij. Coniuratio in Neronem inita & detecta, capite eius C. Pisone. Multi interfecti  
inlustrium, interque eos Seneca. Grates tamen dijs actæ, & dona decreta templis, ut rebus latis.  
Gesta hæc annis paullo ampliùs tribus,

C C. MEMMIO REGVLO. VERGINIO RVFO  
C. LECANIO BASSO. M. LICINIO CRASSO COSS.  
P. SILIO NERVA. C. IVLIO ATTICO VESTINO

D **I**NTEREA rex Parthorum Vologeses, cognitis Corbulonis re-  
bus, regemque alienigenam Tigranem Armeniæ impositum: si-  
mul, fratre Tiridate pulso, spretum Arsacidarum fastigium ire  
vlum volens, magnitudine rursus Romanâ & continui fœderis  
reuerentiâ, diuersas ad curas trahebatur: contator ingenio, & de-  
fectione Hircanorum gentis validæ, multisque ex eo bellis illiga-  
tus. Atque illum ambiguum nouus insuper nuntius contumeliæ  
exstimulat: quippe egressus Armeniâ Tigranes, Adiabenos con-  
terminam nationem latiùs ac diutiùs quàm per latrocinia vastauerat. Idque primores  
gentium agrè tolerabant, eò contemtionis descensum, vt ne duce quidem Romano in-  
curfarentur, sed temeritate obsidis, tot per annos inter mancipia habiti. Accendebat do-  
lorem eorum Monobazus, quem penes Adiabenum regimen, quod præsidium, aut vn-  
de peteret, rogitans. Iam de Armeniâ concessum, proxima trahi: & nisi defendant Parthi,  
leuius seruitium apud Romanos deditis, quàm captis esse. Tiridates quoque regni pro-  
fugus, per silentium haut modicè querendo, grauior erat. Non enim ignauia, magna im-  
peria contineri: virorum armorumque faciendum certamen. Id in summâ fortunâ æquius, quod  
validius. Et sua retinere, priuatæ domus: de alienis certare, regiam laudem esse. Igitur com-  
motus his Vologeses concilium vocat, & proximum sibi Tiridatem constituit, atque ita  
orditur, Hunc ego eodem mecum patre genitum, cum mihi per atatem summo nomine concessisset,  
in possessionem Armeniæ deduxi, qui tertius potentie gradus habetur. Nam Medos Pacorus  
anteceperat. Videbarque contra vetera fratrum odia & certamina, familie nostræ penates ritè  
composuisse. prohibent Romani, & pacem ipsis numquam prosperè laceffitam, nunc quoque in  
exitum

Cap. 1.  
Vologeses  
deliberat de  
repetendâ  
Armeniâ.

Impulit am-  
biguum in-  
iuria Tigran-  
is,  
Fines Par-  
thorum po-  
pulantis.  
Monobazus  
etiam exsti-  
mular:

Et Tiridates.

Cap. 2.  
Peruicere.  
& oratione  
sua sua  
Vologeses  
aperit.

exitium suum abrumpunt. Non ibo infitias, equitate quàm sanguine, causã quàm armis reti- **A**  
nere parta maioribus malueram. si contatione deliqui, virtute corrigam. Vestra quidem vis &  
gloria in integro est, addita modestie famã. quæ neque summis mortalium spernenda est, & à dijs  
estimatur. Simul diademate caput Tiridatis cuinxit, promptam equitum manum, quæ  
regem ex more festabatur, Monesi nobili viro tradidit, adiectis Adiabenorum auxilijs:  
mandauitque Tigranem Armeniã exturbari, dum ipse positus aduersus Hyrcanos dif-  
cordijs, vires intimas, molemq; belli ciet, prouincijs Romanis minitans. Quæ vbi  
Corbuloni certis nuntijs audita sunt: legiones duas cum Verulano Seuero, & Vectio  
Bolano, subsidium Tigrani mittit, occulto præcepto, compositiùs cuncta, quàm festi-  
nantius agerent. quippe bellum habere, quàm gerere malebat. Scripseratque Cæsari,  
proprio duce opus esse, qui Armeniam defenderet: Syriam ingruente Vologese actiore  
in discrimine esse. Atque interim reliquas legiones pro ripã Euphratis locat: tumultua-  
riam prouincialium manum armat: hostiles ingressus præsidijs intercipit. Et quia ege-  
na aquarum regio est, castella fontibus imposita. quosdam riuos congestu arenæ abdi- **B**  
dit. Ea dum à Corbulone tuendæ Syriæ parantur, acto raptim agmine Moneses vt  
faman sui præiret, non ideò nescium aut incautum Tigranem offendit: qui occupauerat  
Tigranocerta, urbem copiã defensorum & magnitudine mœnium validam. Ad hæc  
Nicephorius amnis haut spernendã latitudine partem murorum ambit. & ducta ingens  
fossa, quã fluuio diffidebatur. Inerantque milites, & prouisi antè comineatus. quorum  
subiectu pauci auidius progressi, & repentiã hostibus circumuenti, irã magis quàm  
metu ceteros accenderant. Sed Partho ad exsequendas obsidiones nulla cominus auda-  
cia: raris sagittis, neque clausos exteret & semet frustratur. Adiabeni cum promouere  
scalas & machinamenta inciperent, facilè detrusi, mox erumpentibus nostris cæduntur.

Diadema  
Armenia  
Tiridati  
imponit.  
Copias præ-  
mittit.  
Cap. 3.  
At Corbulone  
auxiliatur  
Tigrani.

Præsidijs om-  
nia firmat:  
In primis  
Syriam.

Cap. 4.

Tigranes  
urbem Prin-  
cipem occu-  
pat.

Tentant  
eam frustra  
Parthi.

Cap. 5.

Corbulo le-  
gat ad Volo-  
gesem.

Nec illo à  
pace abhor-  
ret.

Moneses re-  
uocatur ab  
obsidione.

Cap. 6.

Pacta qua-  
dam occultis  
inter  
Romanum  
& Parthum.

Cum Corbu-  
lonis inuidiã.

Interea Pæ-  
tus aduenit  
cum copijs.

Feroçiter  
loquitur.

Cap. 7.

Legatis Par-  
thici irriti  
Romã re-  
deunt.

Corbulo tamen quamuis secundis rebus suis, moderandum fortunæ ratus, misit ad  
Vologesem, qui exostularet vim prouinciæ illatam, socium amicumque regem co-  
hortes Romanas circumfidere. <sup>3</sup> omitteret potiùs obsidionem, aut se quoque in agro  
hostili castra positurum. Casperius Centurio in eam legationem dilectus, apud opidum **C**  
Nisibin septem & triginta milibus passuum à Tigranocertã distantem adit regem, &  
mandata ferociter edidit. Vologesi vetus, & penitus infixum erat arma Romana vitan-  
di: nec præsentia prosperè fluebant. irritum obsidium, tutus manu & copijs Tigranes,  
fugati qui expugnationem sumserant, missæ in Armeniam legiones, & aliæ pro Syriã  
paratæ vltro irrupere. sibi imbecillum equitem pabuli inopiã. nam exorta vis locu-  
starum ambederat quidquid herbidum aut frondosum. Igitur metu abstruso mitiora  
obtendens, missurum ad Imperatorem Romanum legatos super petendã Armeniã &  
firmandã pace responderet. Monesen omittere Tigranocerta iubet, ipse retrò concedit.  
Hæc plures vt formidine regis, & Corbulonis minis patrata & magnifica extollebant.  
Alij occultè pepigisse interpretabantur, vt omissio vtriusque bello, & abeunte Vologese,  
Tigranes quoque Armeniã abscederet. Cur enim exercitum Romanum à Tigranocertis dedu-  
ctum? Cur desertã per otium, quæ bello defenderant? An melius hibernauisse in extremã Cappa-  
dociã, raptim erectis tugurijs, quàm in sede regni modò retenti? Dilata prorsus arma, vt Vologe- **D**  
ses cum alio quàm cum Corbulone certaret: Corbulo merita tot per annos gloria non vltro pe-  
riculum faceret. Nam, vt rettuli, proprium ducem tuendæ Armeniæ poposcerat, & ad-  
uentare <sup>4</sup> Cæsennius Pætus audiebatur: iamque aderat, copijs ita diuisis, vt quarta &  
duodecima legiones additã quintã, quæ recens è Mœsis excita erat, simul Pontica, &  
Galatarum Cappadociumque auxilia Pæto obedirent: tertia, & sexta, & decima legio-  
nes, priorque Syriæ miles apud Corbulonem manerent. Cetera ex rerum vsu sociarent,  
partirenturve. Sed neque Corbulo æmuli patiens, & Pætus, cui satis ad gloriam erat si  
proximus haberetur, despiciebat gesta, nihil cædis aut prædæ, vsurpatis nominatenus  
urbium expugnationes dictitans. Se tributa ac leges, & pro vmbra regis, Romanum ius  
victis impositurum. Sub idem tempus legati Vologesis, quos ad Principem missos  
memoravi, reuertere irriti: bellumque propalam sumtum à Parthis. nec Pætus detracta-  
uit, sed duabus legionibus, quarum quartam Famifulanus Vectonius eo in tempore,  
duode-



taturus. Deinde amisso centurione & paucis militibus, quos visendis hostium copiis præmiserat, trepidus remeavit. Et quia minus acriter Vologeses institerat, vanâ rursus fiducia, tria millia dilectorum proximo Tauri iugo imposuit, quò transitum regis arcerent. Alares quoque Pannonios, robur equitatus, in parte campi locat. Coniunx ac filius castello, cui Arsamofata nomen est, abditi, datâ in præsidium cohorte, ac disperso milite, qui in vnum habitus, vagum hostem promptius sustentauisset. ægrè compulsus ferunt, vt instantem Corbuloni fateretur. Nec à Corbulone properatum, quò gliscientibus periculis etiam subsidij laus augeretur. Expediri tamen itineri singula millia ex tribus legionibus, & alarios octingentos, parem numerum è cohortibus iussit. At Vologeses quamuis obsessa à Pæto itinera hinc peditatu, inde equite accepisset, nihil mutato consilio, sed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtriuuit, vno tantum centurione Tarquatio Crescente turrim, in quâ præsidium agitabat, defendere auso: factâque sæpius eruptione, & cæsis qui Barbarorum propiùs suggrediebantur, donec ignium iactu circumueniretur. peditum si quis integer, longinqua & auia; vulnerati, castra repetiuer: virtutem B regis, sæuitiam & copias gentium, cuncta metu extollentes, facili credulitate eorum qui eadem pauebant. Ne dux quidem obniti aduersis, sed cuncta militiæ munia deseruerat, missis iterum ad Corbulonem precibus, veniret properè, signa & aquilas, & nomen reliquum infelicis exercitus tueretur: se fidem interim, donec vita suppeditet, retenturum.

Cap. 12. Ille interritus, & parte copiarum apud Syriam relictâ, vt munimenta Euphrati imposita retinerentur, quâ proximum & comitatibus non egenum, regionem Comagenam, exin Cappadociam, inde Armenios petiuit. Comitabantur exercitum præter alia assueta bello, magna vis camelorum onusta frumento, vt simul hostem famemque depelleret. Primum è percussis 6 Pactium primipili centurionem obuium habuit, dein plerosque militum: quos diuersas fugæ causas obtendentes, redire ad signa, & clementiam Pæti experiri monebat. Se nisi victoribus immitem esse. Simul suas legiones adire, hortari, priorum admonere, nouam gloriam ostendere. Non vicis aut oppida Armeniorum, sed castra Romana, duasque in ijs legiones pretium laboris peti. Si singulis manipularibus præcipua seruari ciuis corona imperatoriâ manu tribueretur, quod illud & quantum decus, ubi par eorum 7 numerus adipisceretur, qui attulissent salutem, & qui accepissent? His atque talibus in commune alacres, (& erant quos pericula fratrum, aut propinquorum proprijs stimulis incenderent) continuum diu noctuque iter properabant. Eoque intentius Vologeses premere obsessos, modò vallum legionum, modò castellum, quo imbellis ætas defendebatur, oppugnare, propiùs incedens, quàm mos Parthis, si eâ temeritate hostem in prælium eliceret. At illi vix contubernijs extracti, nec aliud quàm munimenta propugnabant: pars iussu ducis, & alij propriâ ignauità, vt Corbulonem opperientes, ac si vis ingrueret, prouisis exemplis Caudinæ ac Numantinæ cladis. Neque eandem vim Samnitibus Italico populo, aut Pœnis Romani Imperij æmulis. Validam quoque & laudatam antiquitatem quoties fortuna contrâ daret, salutis consuluisse. Quâ desperatione exercitus dux subactus, primas tamen litteras ad Vologesen, non supplices, sed in modum querentis composuit. *Quòd pro Armenijs semper Romanæ ditionis, aut subiectis regi, quem Imperator diligisset, hostilia faceret. Pacem ex aquo vtilem. Nec presentia tantum spectaret. Ipsum aduersus duas legiones, totis regni viribus aduenisse: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum inuarent.* Ad ea Vologeses, nihil pro causâ, sed opperendos sibi fratres Pacorum ac Tiridatem rescripsit. *Illum locum tempusque consilio destinatum quid de Armenia cernerent.*

Cap. 13. At Parthus Romanos premit & obsidet. Languidè hi se defendunt. Immo deditiorem loquuntur & spectant. Itaque Patus pacem petiit. Cap. 14. Tergiversatur Vologeser. *8\* Adiecisse deos dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent.* Missi post à Pæto nuntij, & regis colloquium petitum, qui Vasacem præfectum equitatus ire iussit.

Tum

6. PACTIVM PRIMIPILI CENTVRIONEM.] At supra lib. XIII. perfunctum eo honore ait: Curam præsidiorum Pactio Orfito primipili honore perfuncto mandat.

7. NVMERVS ADIPISCERETVR.] Malo, adspiceretur. etsi non ignorem Plautum, & Tacitum ipsum alibi adipiscendi verbum non summo esse vsos.

8. \* ADIECISSE DEOS DIGNVM.] Locus de quo tria verba non possum hiscere.









Multa adu-  
latione pa-  
trum.

At ea breui  
a.ij.

Thraſcas  
prohibetur  
aditu Caſa-  
ris.

Cap. 24.  
Legati Par-  
thorum ad  
Principem.

Cum ſup-  
t in oculis  
mandatis.

Cap. 25.

Deliberat  
Princeps  
Placuit q̄  
bellum  
Cui Corbulo  
praefectus.

Et finitimi  
praefides re-  
ḡsq̄ obedire  
ei iuſſi.

Patum ſcom-  
mate Nero  
excipit

Cap. 26.  
Copiae Cor-  
buloc egit.

cognomento. Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipse generatus erat. Iam sena-  
tus utrum Poppææ commendauerat dijs, vota que publicè susceperat. quæ multiplica-  
ta, exsolutaque. Et additæ supplicationes, templumque Fecunditati, & certamen<sup>28</sup> ad  
exemplar Atticæ religionis decretum. Utque Fortunarum effigies aureæ in folio Capi-  
tolini Iouis collocarentur: ludicrum Circense, ut<sup>29</sup> Iuliæ genti apud Bouillas, ita Clau-  
diæ Domitiæque apud Antium ederetur. quæ fluxa fuere, quartum intra mensem de-  
functâ infante: rursusque exortæ adulationes, censentium honorem diuæ, & puluinar,  
ædemque & sacerdotem. Atque ipse ut lætitiæ, ita mæroris immodicus egit. Adnota-  
tum est, omni senatu Antium sub recentem partum effuso, Thraſeam prohibitum, im-  
moto animo prænuntiam imminentis cædis contumeliam excepisse. Secutam dehinc  
vocem Cæsaris ferunt, quâ reconciliatum se Thraſeæ apud Senecam iactauerit, ac Sene-  
cam Cæsari gratulatum. Vnde gloria egregijs viris, & pericula gliscebant. Inter quæ  
veris principio, legati Parthorum mandata regis Vologesis, litterasque in eandem for-  
mam attulere: *Se priora & toties iactata super obtinendâ Armeniâ nunc omittere, quoniam dij B*  
*quamuis potentium populorum arbitri possessionem Parthis non sine ignominia Romanâ tradi-*  
*dissent. Nuper clausum Tigranem, post Patum legionesq; cum opprimere posset, incolumes dimisisse.*  
*Satis approbatam vim, datum & lenitatis experimentum. Nec recusaturum Tiridatem accipiendo*  
*diademati in urbem venire, nisi sacerdotij religione attineretur. Iturum ad signa & effigies*  
*Principis, ubi legionibus coram, regnum auspicaretur.* Talibus Vologesis litteris, quia Pætus  
diuersa tamquam rebus integris scribebat, interrogatus centurio qui cum legatis adue-  
nerat, quo in statu Armenia esset? omnes inde Romanos excessisse respondit. Tum intel-  
lecto Barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant, consuluit inter primores ciuita-  
tis Nero, bellum anceps,<sup>30</sup> an pax in hoste placeret. Nec dubitatum de bello. Et Corbu-  
lo tot per annos militum atque hostium gnarus, gerendæ rei præficitur, ne cuius alte-  
rius incitiâ rursus peccaretur, quia Pæti piguerat. Igitur irriti remittuntur, cum donis  
tamen, vnde spes fieret, non frustra eadem oraturum Tiridatem, si preces ipse attulisset.  
<sup>31</sup> Syriæque exsecutio Cintio, copiarum militares Corbuloni permissæ, & quintadecima le-  
gio, ducente Mario Celso, è Pannoniâ adiecta est. Scribitur tetrarchis ac regibus præ-  
fectisque & procuratoribus, & qui prætorum finitimas prouincias regebant, iussis Cor-  
bulonis obsequi, in tantum ferme modum auctâ potestate, quem populus Romanus  
Gn. Pompeio bellum Piraticum gesturo dederat. Regressum Pætum cum grauiora me-  
tueret, facetijs insectari satis habuit Cæsar, his ferme verbis: *Ignoscere se statim, ne tam*  
*promptus in pauorem, longiore solitudine agresceret.* At Corbulo quartâ & duodecimâ  
legionibus, quæ fortissimo quoque amisso, & ceteris exterritis, parum habiles prælio  
videbantur, in Syriam translatis, sextam inde ac tertiam legiones, integrum militem &  
crebris ac prosperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditque legionem  
quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul quintadecimanos recens  
addu-

28. AD EXEMPLAR ATTICÆ RELIGIONIS.]  
Panathenæa Atheniensium intellegi volunt, de qui-  
bus apud Græcos obuij loci. Dubito. nam Panathenæis  
respondebant Romane. Quinquatrus, nescio an hoc  
certamen nouum. In libris etiam vacillare scripturam  
video. quorum Vaticanus optimus, accicæque præ-  
fert, Farnesianus, anciatæ. An fuit, Acticæ reli-  
gionis, siue potiùs regionis? Nec enim maior hîc,  
quàm in alijs ludis, religio. Enimvero in Suetonio  
lego, Augusti cap. XVIII. ab eo Principe institutos Ni-  
copoli apud Actium ludos quinquennales, quod  
celebratior eius victoriæ memoria in posterum  
esset. Et durasse eos ad inferiora tempora, Mamertinus  
in Panegyrico docet: Vrbs Nicopolis conciderat,  
& certamen ludicrum, iustris omnibus solitum  
frequentari, intermiserat temporis mæsti defor-  
me iustitium. Fuit autem certamen triplex, Gymni-

cum, Musicum, & Equestre, ut Dio tradit libro LI.  
quem vide. Hac mea olim mens, sed ut multa in hac  
ἀρχαιολογία incerta, nec umquam eruenda, hîc etiam  
dissentiant; & vir pereruditus tuctur vulgatam le-  
ctionem, & explicat in Agonistici sui libro III. quem  
licet adire.

29. IULIÆ GENTI APVD BOVILLAS.] Lib. II.  
Annal. Sacrarium genti Iuliæ, effigiesque diuo  
Augusto apud Bouillas dicantur.

30. AN PAX IN HOSTE.] Fortasse rectius, an  
pax inhonesta placeret.

31. SYRIÆQUE EXSECVTIO.] Exsecutionem pro  
administratione vsurpat fortasse, uti alibi, Negotij  
eius exsecutionem libens suscepit. Seneca: Diffe-  
ram hæc in præsentem. Desiderant enim longam  
& propriam exsecutionem. Addubito tamen num  
leg. Syriæque Sex. Cintio.

**A** adductos, & vexilla delictorum ex Illyrico & Ægypto, quodque alarum cohortiumque, & auxilia regum in vnum conducta <sup>32</sup> apud Melitenen, quæ transmittere Euphratem parabat. Tum lustratum ritè exercitum ad concionem vocat, orditurque magnifica de auspicijs imperatorijs; rebusque à se gestis, aduersam incertam Parti declinans: multâ auctoritate, quæ viro militari pro facundâ erat. Mox <sup>33</sup> iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quæ vetustas obsepserat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologesisque de pace legatos haut aspernatus, adiungit ijs centuriones cum mandatis non immitibus. *Non enim adhuc eò ventum, ut certamine extremo opus esset. Multa Romanis secunda, quædam Parthis euenisse, documento aduersus superbiam: proinde & Tiridati conducere, intactum vastationibus regnum dono accipere; & Vologesen melius societate Romanâ, quam damnis mutuis genti Parthorum consulturum.* <sup>34</sup> Scire quantum intus discordiarum, quamque indomitas & præferoces nationes regeret. *Contra Imperatori suo immotam ubique pacem, & unum id bellum esse.* Simul consilio terrorem adijcere, & Megistanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pellit sedibus, castella eorum excindit, plana, edita, validos, inualidosque, pari metu complet. Non infensum, nedum hostili odio Corbulonis nomen etiam Barbaris habebatur, eoque consilium eius fidum credebant. Ergo Vologeses neque atrox in summam, & quibusdam præfecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poscit. Tempus propinquum, locus in quo nuper obsessæ cum Parto legiones erant, cum à Barbaris dilectus esset, ob memoriam lætioris sibi rei, non est à Corbulone vitatus, ut dissimilitudo fortunæ gloriam augetet. Neque infamiâ Partiangebatur, quod eò maximè patuit, quia filio eius tribuno ducere manipulos, atque operiri reliquias malæ pugnæ imperauit. Die pactâ <sup>35</sup> Tiberius Alexander illustris eques Romanus minister bello datus, & Viuianus Annius gener Corbulonis, <sup>36</sup> nondum senatoriâ ætate, sed pro legato quintæ legionis impositus, in castra Tiridatis venere, \* honore eius, ac ne metueret insidias tali pignore. Viceni dehinc equites assumti. Et viso Corbulone, rex prior equo defiluit: nec contactus Corbulo. Sed pedes vterque <sup>37</sup> dextras miscuere. Exin Romanus laudat iuuenem, omiſſis præcipitibus tuta & salutaria capeſſentem. Ille de nobilitate generis multum præfatus, cetera temperanter adiungit. Iturum quippe Romanam, laturumque nouum Cæsari decus, non aduersis Parthorum rebus supplicem Arfaciden. Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium, nec nisi manu Neronis resumere. & colloquium osculo finitum. Dein paucis diebus interiectis, magnâ vtriusque specie, inde eques compositus per turmas, & insignibus patris, hinc agmina legionum steteret fulgentibus aquilis, <sup>38</sup> signisque & simulacris deum in modum templi. Medio tribunal sedem curulem, & <sup>39</sup> sedes effigiem Neronis sustinebat.

Lustrat & oratione excitat. Cap. 27. Parthi ad eum legati. Nerviâ ijs pacis claudit.

Rem nihil illis in Armeniâ gerit. Cap. 28.

Tiridates colloquium postulat.

Obsides à Romanis dantur. \* honori Ita rex ad Corbulonem venit. Cap. 29.

Pacta inser eos.

32. APVD MELITENEN. ] *Ptolemeo, Μελιτινή, Συσιανή pars.*

33. ITER L. LUCULLO. ] *Plutarchum lege.*

34. SCIRE QUANTVM. ] *Sententiam adiunxeris, si scribas: Sciret.*

**D** 35. TIBERIVS ALEXANDER. ] *Qui Procurator Iudææ post Cuspium Fadum: Idem antea Alexandria Alabarches. Iosephus lib. XX.*

36. NONDVM SENATORIA ÆTATE. ] *Quæ est annus vigesimus quintus, ut alibi monui.*

37. DEXTRAS MISCVERE. ] *Quod apud Persas sanctissimi fœderis. Iosephus: Ο δὲ Ἀρταβανος τῆς τε πατρῴας θεῆς ἐπώμυτο, μηδὲν κακὸν δεῖσεν αὐτῆς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον ὄψα πάσι τοῖς ἐπιεικῆ βαρβάρους ὄψα δειγμὰ τῆς θαρσεῖν γίνεσθαι τοῖς ὁμιλεῖσιν. Οὐ γὰρ ἂν ψεύσαιτό τις δεξιὰν ὑπὲρ αὐτῆς δόσεως ἡρομελῆς, εἰδὲ πεισύνειν ἐνδοιάσειν εἰ τοιαῦτα δὲ ἀσφαλείας δόσις ἡύοιτο, ὄψα τῆς ἐν ὑποψίᾳ ἀδίκησεν καθεστῆκυότων. Firmat Gemistus Plethon lib. II. De rebus Græcorum: Persarum rex*

Mentorem, quod dextram dedisset, (maxima enim hæc apud Persas fides) conseruauit.

38. SIGNISQVE ET SIMVLACRIS DEVM. ] *Videnda, si lubet, quæ de Signis in Militiâ scripsi. Multa & varia fuerunt, & clypeis imaginibusque ornata: & ideo sic disposita & erecta comparat cum deum templo. Ita enim distinguendum videtur: quia simulacra etsi Deorum ibi fortasse, pleraque tamen Principum erant, & qui rerum tunc potiebantur. Nisi quis censet, ad ornatum, in sollenni illâ velut pompâ, etiam statuas deorum adhibitas & dispositas: quod in aliorum arbitrio & opinione relinquo.*

39. SEDES EFFIGIEM NERONIS. ] *De eâ re Dio in Eclogis nuper publicatis: Ἀλλὰ καὶ βῆμα ὑψηλὸν ἠγάραν. Καὶ ἐπὶ αὐτῆς εἰκόνας τῆς Νέρονος ἐστῆσαν. Similis Sedes siue suggestus etiam Rome in castris Pratorijs. Tacitus I. Histor. In suggestu, in quo paullo ante aurea Galbæ statua fuerat, medium inter signa Othonem collocant. Ergo statua hæc, ut apparet, in sede: exemplo scilicet deorum, qui sic plerumque ficti. Plinius Panegyrico: Iam dudum illi ra-*

Tiridates  
diadema de  
tracium Ne-  
roni subijcit.

Cap. 30.  
Epulo exci-  
pitur à Cor-  
bulone.  
Et res Roma-  
nas docetur.

nebat. Ad quam progressus Tiridates, 40 cæsis ex more victimis, sublatum capite dia-  
dema imagini subiecit. magnis apud cunctos animorum motibus, quos augebat insita  
adhuc oculis exercituum Romanorum cædes, aut obsidio. At nunc verfos casus: iturum  
Tiridatem ostentui gentibus, quanto minus quàm captivum? Addidit gloriæ Corbulo  
comitatem, epulasque, & rogitante rege causas, quoties novum aliquid aduerterat:  
vt, initia vigiliarum 41 per centurionem nuntiarî, 42 conuiuium buccinâ dimitti, &  
43 structa ante Auguralem aram subditâ face accendi: cuncta in maius extollens, admi-  
ratione

li radiatum caput, & media inter deos sedes, auro  
staret aut ebore.

40. CÆSIS EX MORE VICTIMIS.] *Eum  
morem suggerunt Claudianus libro I. De laudibus  
Stilic.*

— penetralibus ignem

Sacratum rapuere adytis, inuque iuuenos  
Chaldæo strauere Magi. rex ipse micantem  
Inclinat dextrâ pateram, secretaque belli  
Et vaga testatur volentem fidera Mithram.

*Et Sidonius Panegyrico Leonis:*

— Magis iuratur ab illis

Ignis & vnda deus. nec non rata pacta futura  
Hic diuos testatur auos. Chaldæus in extis  
Pontificum de more senex arcana peregit  
Murmura. —

*Strabo etiam aliquid de ritu victimas immolandi:*

Μερίσαντος δὲ τῆς μάγης τὰ κρέα τῆς ὑψηλοῦς τῆς  
ἱεραρχίας ἀπὸ τῶν διελόμενοι, τοῖς θεοῖς ἐδὲν ἀπονεύ-  
μαντες μέεος. Τῆς γὰρ ψυχῆς φασὶ τῆς ἱερείας δεῖσθαι τὸν  
θεόν, ἀλλὰ δὲ ἐδένος. Ὁμοίως δὲ τῆς ἐπίπλου πικρῶν  
πθέασιν, ὡς λέγουσιν, ἐπὶ τὸ πῦρ. id est: Vbi au-  
tem magus qui sacrum peragit, carnes in partes  
tribuit, suâ quisque acceptâ abeunt, dijs nihil im-  
partientes. Animam enim solam hostiæ deum vel-  
le aiunt, nihil prætereâ. tamen omenti partem  
aliquam exiguam flammæ imponunt, vt quidam  
tradunt. *Doctè ergo de omento Catullus inseruit,*

Gnatus vt accepto veneretur carmine diuos,

Omentum in flammâ pingue liquefaciens.

*vt ante me vulgavit magnus filiarum Mnemosynes  
antistes.*

41. PER CENTVRIONEM NVNTIARI.] *Qui vi-  
gilia ordine obibant. Tacitus l. II. Hist. Varus, de-  
flagrante paullatim seditione, addit consilium, ve-  
titis obire vigilia centurionibus, omisso tubæ  
sono, quo miles ad belli munia cietur. Obibat ergo  
centurio, & rediens nunciabat Duci rectè habere. Po-  
lybium vide lib. VI.*

42. CONVIVIVM BVCCINA DIMITTI.] *Circinui  
olim hunc ritum, non tetigi. At nunc in manum mihi  
dat Polybius, libro XIV. Est ea Romanis consuetu-  
do, vt tempore conuiuandi, cuncti tubicines ac  
buccinatores ad tentorium ducis personent, ad  
hoc, vt nocturnas custodias suis locis per id tem-  
poris constituent. O locum opportunum, & huic rei  
unicum! è quo etiam Liviò lux, qui morem hunc, sed  
obscurius, tangit, libro XXX. Tribunis edicit, vt vbi  
prætorio dimisso, signa concinuisent: extemplo  
educerent è castris legiones. Ita, vt imperauerat,  
signa sub occasum solis efferri cœpta. Scribit vter-  
que de Scipionis astu, quo castra Syphacis clam inua-  
sit. Germanorum Principum mos nescio an originem  
trahat istinc. Certè receptum dynastis etiam hodie, vt  
conuiuium ineant ad sonum tubæ. Quod ipsum Ale-  
xandrum Macet am fecisse obseruo, ex Athenæo lib. XII.*

Εἴνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε μὲν  
ἐν τοῖς γάμοις, καὶ ἄλλως δ' αἰεὶ ὅτε τύχοι σπεν-  
δοποιέμερος, ὡς ἐπὶ εἰδέναι τὸ στρατόπεδον. At  
enim, quia hic de fine, & de Buccinâ tantum, videfis  
me in Militiâ Rom. lib. V. Dial. IX. propius certiusq;  
hæc explicantem.

43. STRUCTA ANTE AVGVRALEM.] *Hæc & in B  
hoc loco olim: quem nunc quidem perambulo leui pe-  
de. Lego: structam ante Auguralem aram. Non enim  
vult structum aliquid accensumve ante aram fuisse  
(non ille mos) sed in ipsâ. quam collocat ante Augu-  
rale, locum in dextrâ Prætorij parte, vt docuimus ex  
Hygini verbis, libro II. Sed quis iste ritus? nisi fallor,  
ille ipse qui in priuatorum etiam conuiujs, carpenti  
aliquid è dapibus & libandi in honorem deorum. hoc  
tamen discrimine, quòd vulgò in focum libamenta ea  
illata, sedem scilicet Larium: hic in Aram, paullò  
augustius, & pro splendore Imperatoris. Et de libatione  
quidem varij testes: proprie ad hunc morem isti. Ho-  
merus in Achillis conuiuio, libro IX.*

— Θεοῖσι δὲ θυῶσαι ἀνώγει

Πάτερ κλονὸν ἐταῖρον. Ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλει θυλάς.

— dis iussit sacrificare

Patroclum socium. hic libamina iecit in ignem. C  
*Dionysius l. IV. Antiq. Αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς βασιλείων, ἐφ'  
ἧς ἄλλας τὲ σωτελεῖσι Ρωμαῖοι ἱεραρχίας, καὶ τὰς  
ἀπὸ τῆς δεῖπνων ἀπαρχὰς ἀγίλλουσι. E foco regio,  
in quo cum alia sacra Romani facere solent, tum  
& cœnarum libare primitias. Plutarchus de Fort.  
Rom. facit Ocrisiam ἀπάργματα καὶ λοκβὼ λαμβά-  
νουσαν ἀπὸ βασιλικῆς τραπέζης, καὶ ἄσπερ εἰς θεῖ, τὰ  
πυρὶ ἐπιβάλλουσαν: primitias & libamenta capien-  
tem è mensâ regiâ, & vt solet, in ignem conijcien-  
tem. Silius pulcherrimè lib. VII.*

Distinxit dulces epulas, nulloque cruore

Pollutâ castus mensâ cerealia dona

Attulit, ac primum VESTÆ deterfit honorem  
Vndique, & in mediam iecit libamina flam-  
mam.

*Persius in patellâ poni & deferri solere ostendit:*

— cultrixque foci secunda patella.

*Vbi vetus interpres: Quia delibantiæ (puto, deliba-  
tæ) dapes in eâ positæ ad focum feruntur. Inde  
Patellarij dij, Plauto: inde Varroni scriptum: Deos  
colere, & dare in patellam μικρὸν κρέας. Tibullus  
huc aspexit, Lares compellans:*

Adfatis diui. nec vos è paupere mensâ

Dona, nec è paruis spernite ficilibus.

*Etiam Linius, lib. XXXIX. Inter pocula atque epu-  
las, vbi libare dijs dapes, & bene precari mos esset.  
Denique Horatius:*

— vernasque procaces,

Pasco libatis dapibus.

*satyricè & ambiguo sensu. siue quia non pasceret ver-  
nas, nisi prius libatis dapibus: siue quia è libatis da-  
pibus. Et hoc postremum, vt religio poetæ fuit, magis  
censam*

A ratione prisci moris affecit. 44 postremo die spatium orauit, quo tantum itineris aditurus, fratres antè, matremque viseret: obsidem interea filiam tradit, litterasque supplices ad Neronem. Et digressus Pacorum apud Medos, Vologesen Ecbatanis repperit, non incuriosum fratris: quippe & proprijs nuntijs à Corbulone petierat, ne quam imaginem feruij Tiridates perferret, 45 neu ferrum traderet, 46 aut complexu prouincias obtinentium arcèretur, foribusve eorum assisteret: tantusque ei Romæ, quantus consulibus, honor esset. Scilicet externæ superbix sueto, non erat notitia nostri: apud quos ius impetij valet, inania transmittuntur. Eodem anno Cæsar nationes Alpium maritimarum in ius Latij transtulit. 47 Equitum Romanorum locos sedilibus plebis anteposuit apud Circum. Namque ad eam diem 48 indiscreti inibant; quia lex Roscia nihil nisi de quatuordecim ordinibus sanxit. Spectacula gladiatorum idem annus habuit, pari magnificentia ac priora. Sed 49 feminarum illustrium senatorumque plures per arenam fœdati sunt. C. Lecanio, M. Licinio Coss. actiore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scenas frequentandi. Nam adhuc per domum & hortos cecinerat Iuuenalibus ludis, quos vt parum celebres & tantæ voci angustos spernebat. Non tamen Romæ incipere

Cap. 31.  
Abi fratres  
salutaturus.

Cap. 32.  
Alpium partem  
iure Latij  
donata.  
Sedes equitum  
in Circo  
discreta.

Cap. 33.  
A. V. C.  
DCCCXVII.

*consciam ex eius mente. Non enim semper comburi libamenta ea mos, sæpè apponi tantum, & mox edi. Artemidorus hoc clare notat de sacrificulis eo cibo sustentantibus. lib. III. cap. III.*

44. POSTREMO DIE. ] Fortè, postero. Nam noctem eam mansit, uti apparet ex vigilijs nunciatis.

45. NEV FERRVM TRADERET. ] Persæ enim & Parthi omnes semper de more cincti. Ammianus libro XXIII. Omnes promiscuè vel inter epulas festosque dies gladijs cincti cernuntur. quem Græcorum veterum morem primos abieciisse Athenienses Thucydides est auctor. At de ritu ponendi apud Magistratus ferri, in Electis mihi dictum, cap. de Licitoribus.

46. AVT COMPLEXV. ] Duplex ritus. Priorem illustro è Spartiani Senero, de quo Legato Africa: In eâ legatione, cum eum quidam municipum suorum Leptitanus, præcedentibus fascibus, vt antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset; fustibus eum sub elogio præconis cecidit, Legatum populi Rom. homo plebeius temerè amplecti noli. Interdicti ergo prouinciales complexu. Sed nec in fores statim illis aditus; uti eleganter Saluianus lib. III. de Gubernat. Intra ianuas non modò illustrium potestatum, sed etiam præsidum aut Præpositorum, non omnes passim intrare præsumunt, nisi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit: ita vt si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut cædatur, aut propellatur, aut aliquâ verecundiæ atque existimationis suæ labe multetur. Quod augenda dignitati usurpatum à Præsidibus; uti priuatim à quibusdam per superbiam Romæ.

47. EQVITVM ROM. LOCOS. ] Rectè & ordine capienda hæc legendaq, ne cum alijs abeas errabundus. Ita autem in Circo sedendi (nam de Theatro alius mihi locus) res fuit. At Augusti eum spectaculum id, Senatus, Eques, Plebes inibant indiscreti. Nam Roscia lex & Iulia Theatralis, de scenâ tantum cauerant, non de Curulibus ludis. Qui quoniam antiquissimi; religione quâdam, censeo, & simul non alienandæ plebi, seruatus in ijs mos priscus. Cornelio Cinnâ demum & Valerio Messallâ Coss. anno urbis DCCLVIII. mutauit Augustus. Dio lib. LV. Καὶ τὰς ἰπποδρωμίας

χωρὶς μὲν οἱ βυλοῦται, χωρὶς δὲ οἱ ἰππεῖς ὑπὸ τῷ λοιπῷ πλήθει εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται. Sed ita, vt saltè inberet seorsim spectare Senatium, seorsim Equitem: non tamen loca illis certa assignaret statag. Itaque in aliâ atque aliâ regione Circi spectabant (sedilibus videlicet his aut illis à plebe occupatis) donec tollendæ confusioni, Claudius Imp. Senatui attribuit certam mansuramq, sedem. Suetonius cap. XXI. Circo maximo marmoreis carceribus auratisque metis exculto, propria Senatoribus constituit loca promiscuè spectare solitis. Ait promiscuè: magis verè proprieq, vagè. Eam enim Suetonij mentem esse, libens Dioni concedo rem eam explicanti cum curâ, lib. LX. Εὐώρον μὲν πρὸς καὶ πρὸς τὸν ἐν αὐτῷ (de Circo prædixit) ἰδίᾳ καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἕκαστοι, τὸ τε βυλοῦν καὶ τὸ ἰππεῦον καὶ ὁ ὄμιλος, ἀφ' ἧς περ τῆς ἐνομίᾳ. Οὐ μὲν τοι καὶ τεταγμένα σφίσι χώματα ἀπέδεδεκτο. Ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τὴν τε εὐώρον ἢ νῦν ἔσαν τοῖς βυλοῦταις ἀπέκρινε. Καὶ προσέτι τοῖς ἐδέλασι σφᾶν ἐτέρεθι πρὸς καὶ ἐν γὰρ ἰδιωτικῇ ἐδῆν ἡ δασαὶ ἐπέφευγε. Sed Claudius Senatui tantum. equiti ecce nunc Nero. Sueton. cap. XI. Circensibus loca equiti secreta à ceteris tribuit. Plinius l. VIII. c. VII. satis ostendit noua exedificata eâ loca fuisse: Cæsar Dictator, inquit, euripis arenam circumdedit, quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens. Quod in sine verborum Dionis est, nolim negligas. Nam etiam post loca diuisa, promiscuè licuit spectare Senatoribus, sed in veste, ut ait, priuatâ. Exemplum in Plinio, lib. IX. epist. ubi Corn. Tacitus hic ipse noster in Equestribus spectat, etsi Senator. Numquam maiorem, ait Plinius, cepi voluptatem, quàm nuper ex sermone Corn. Taciti. Narrabat sedisse se Circensibus proximum equiti Rom. &c. Hæc satis ad Taciti mentem: nam de lineâ, de cancellis, de loco feminarum alibi dico vbertim.

48. INDISCRETI INIBANT. ] Sic infrâ: Inisse eum domesticam scenam.

49. FEMINARVM ILLUSTRIVM SENATORVMQVE. ] Cur inuertitis censors? Non enim, inquit, probabile feminas descendisse in arenam. Boni viri, quàm benè sentiunt de sexu, quo nihil abruptius cum semel frenum excussit ingeniti pudoris! Sed discite, & credite priscis, non in caueam solùm feminas venisse, sed in arenam. Iuuenalem omitto satyrâ VI.

Sue-

\* Videtur delendum. Neapoli Ne ro se & vocem publicat.

Cap. 34.

Theatrum ruit, sed sine noxâ. Gladiatorum munus Beneventi. A pessimo Vatinio.

Cap. 35.

Iunius Torquatus ad mortem astitit.

Cap. 36.

cipere [\* scenas] ausus, Neapolim quasi Græcam urbem dilegit. Inde initium fore, ut A transgressus in Achaiam, insignesque & antiquitus sacras coronas adeptus, maiore famâ studia civium eliceret. Ergo contractum opidanorum vulgus, & quos è proximis colonijs & municipijs eius rei fama ciuerat, quique Cæsarem per honorem, aut varios vsus sectantur. etiam militum manipuli theatrum Neapolitanorum complent. Illic, plerique ut arbitrabantur, triste; ut ipse, prouidum potius & secundis numinibus euēnit. Nam egresso qui affuerat populo, vacuum & sine vllius noxâ theatrum collapsum est. Ergo per compositos cantus grates dijs, atque ipsam recentis casus fortunam celebrans, periturusque maris Hadriæ traiectus, apud Beneuentum interim confedit: vbi gladiatorum munus à Vatinio celebre edebatur. 50 Vatinus inter fœdissima eius aulæ ostenta fuit, sutrinæ tabernæ alumnus, corpore detorto, facetijs scurrilibus: primò in contumelias assumptus, deinde optimi cuiusque criminatione eò vsque valuit, ut gratiâ, pecuniâ, vi nocendi etiam malis præmineret. Eius munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem à sceleribus cessabatur. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur, quia super Iuniæ familiæ claritudinem diuum Augustum atauum ferebat. Iussi id accusatores obicere, prodigum largitionibus, neque aliam spem quàm in nouis rebus esse. quin eum 51 nobiles habere, quos ab epistolis & libellis & rationibus appellet, 52 nomina summæ curæ & meditamenta. Tum intus quisque libertorum vinciti abreptique. Et cum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus intersecidit, secutaque Neronis oratio ex more: *Quamuis fontem & defensionem meritò diffisum, victurum tamen fuisse si clementiam iudicis expectasset.* Nec multò post 53 omisâ in præsens Achaiâ (causæ in incert-

Suetonius ecce in Domitiano c. iv. Venationes gladiatorumque & noctibus ad lychnuchos dedit: nec virorum modò pugnas, sed & feminarum. Et Statius de iisdem ludis i. Silu.

Stat sexus rudis insciusque ferri, Et pugnas capit improbus viriles. Credas ad Tanaim ferumque Phasim Thermodontiacas calere turmas.

Adeoq, id verum & vulgatum, ut Seuero imperante cauendum Sc<sup>o</sup> fuerit μηδέν μηδευίαν γυμνασια νοβομαχεῖν. non vltra feminam vllam ad gladium depugnare, ait in Seuero Xiphilinus.

50. VATINIVS INTER FOEDISSIMA EIVS AVLÆ OSTENTA.] De hoc sutore Vatinio, Martial.

Vilia sutoris calicem monumenta Vatini Accipe, sed nasus longior ille fuit.

cuius Epigrammatis argutiam non cepit Turnebus. Ego sententiam puto, cum quattuor nasos oblongos haberet ille Vatinianus calix; tamen longiorem ijs fuisse Vatinij nasum. Notatq, callide eum, ut acrem & sagacem inquisitorem criminatoremq. Ita enim fuit. Xiphilinus cum ait adeò hostem optimatibus fuisse, ut semper in ore haberet, μισὸς σε Καῖσαρ ὅτι συγκλητικός εἶ. De populo ipso Iuuenalis:

Tu Beneuentani sutoris nomen habentem Siccabis calicem nasorum quattuor.

51. NOBILES HABERE QVOS.] Nobilium vox mihi suspecta, atque alij examinanti. Qui enim isti tam viles nobiles, qui alteri suæ sortis ad tale officium se submitterent? Imò nec Principes ipsi, nobiles ad ea munera habebant, sed libertos. Primus Vitellius (verba Taciti i. Histor.) ministeria Principatus per libertos agi solita, in equites Romanos disposuit. Sed nec ea dispositio firma. vix cæpta abiit: eoq, Spartianus Hadrianum Imp. quasi primum auctorem eius rei laudat: Ab Epistolis, à Libellis, primus equites Rom. habuit. Dionis locus non me mouet, oratione

\* Romulus Amalæus est.

Macenatis ad Augustum: vbi suadet ad Epistolas & ad Libellos adiutores quosdam ex Equitibus adsumi. Nam id Dio inseruit (ut solet, & aliàs monui) ad eui sui morem; atque illinc sumpsit. Sub Augusto certè non sic fuit. Quid ergo ad Taciti nunc locum? corruptum esse, & aut vocem eam Nobiles excandam abijciendamq, esse, malè insarctam, aut mutandam, quin eum nonnullos habere.

52. NOMINA SVMMÆ CVRÆ.] Iam capio, olim caligavi. Hæc, inquit, nomina Ab Epistolis, à Libellis, sunt summa curæ nomina, id est Imperij & Principatus, itemq, eius meditamenta. Significat, eo ipso quòd talia officia & nomenclaturas Torquatus in domo habeat, iam nunc incipere & meditari imperare. Cur enim has imagines eius vsurpat? Nam alij priuati A manu habent, non ab Epistolis, Libellis, & talia: ac conueniunt in Principes solos.

53. OMISSA IN PRÆSENS ACHAIÀ.] In quam cantandi causâ iuit, & libertate eam donauit, uti Sueton. aliq, tradidere. Illud Pausania mirum lib. vii. Neronem Græciæ libertatem reddidisse, sine vllò imperij detrimento: quoniam pro eâ Sardiniam prædiuitem insulam in prouinciæ formam redegerit. Aberrat. & intellegi voluit Alpes Coctianas, qua sole cum Ponto Polemoniaco in prouinciã à Nerone redactæ. Sardinia quidem, vnà cum Sicilia, prima prouinciarum.

ADD. Interpreti hercules succenseo (etsi fido aliàs & \* docto) qui me ut iniuste Pausaniam arguerem fecit. Nam ipsum Græcè nuper edium cum vidi (antèa numquam fuit copia) verba eius in aliam sententiam, hæc repperi: καὶ ἐλευθερὸν ὁ Νέερον ἢ Ἑλλάδα ἀφίσιον ἀπάντων, ἀλλὰ γὰρ πρὸς δῆμον προϊσιμῶρος ἦν Ῥωμαίων. Σαρδῶν γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα ἐνδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιον ἀντέδωκεν. Quorum verborum vera hæc sententia: Omnium immunem & liberam Nero reliquit Græciam, permutatione quadam

**A** incerto fuere) urbem reuifit; prouincias Orientis, maximè Ægyptum, secretis imaginacionibus agitans. Dein edicto testificatus non longam sui absentiam, & cuncta in Rep. perinde immota ac prospera fore, super eâ profectioe adijt Capitolium. Illic veneratus deos, cum Vestæ quoque templum inisset, repente cunctos per artus tremens, seu numine *omittit* exterrente, seu facinorum recordatione numquam timore vacuus, deseruit inceptum, cunctas sibi curas amore patriæ leuiores dictitans: *Quasi caritate plebis & patriæ* *Vidisse ciuium mæstos vultus, audire se-cretas querimonias, quòd tantum aditurus esset iter, cuius ne modicos quidem egressus tolerarent, sueti aduersum fortuita aspectu Principis resoueri. Ergo vt in priuatis necessitudinibus proxima pignora praualerent, ita populum Romanum vim plurimam habere: parendumque retinenti.* Hæc atque talia plebi volenti fuere, voluptatum cupidine, & quæ præcipua cura est, rei frumentariæ angustias si abesset metuenti. Senatus & primores in incerto erant, procul an coràm atrocior haberetur. dehinc, quæ natura magnis timoribus, deterius credebant quod euenerat. Ipse quò fidem acquireret, <sup>54</sup> nihil vsquam perinde lætum sibi; <sup>55</sup> pu-  
**B** blicis locis struere conuiuia, totaque vrbe quasi domo vti. Et celeberrimæ luxu fama que epulæ fuere, quas Tigellino paratas, vt exemplum referam, ne sæpius eadem prodigentia narranda sit. Igitur <sup>56</sup> in stagno Agrippæ fabricatus est ratem, cui superpositum conuiuium nauium aliarum tractu moueretur. Naues auro & ebore distinctæ. Remigesque *Magnò sumptu:* exoleti, per atates & scientiam libidinum componebantur. Volucres & feras diuersis è terris, & animalia maris Oceano abusque petiuerat. Crepidinibus stagni lupanaria astabant, <sup>57</sup> illustribus feminis completa. Et contra scorta visebantur, <sup>58</sup> nudis corporibus: *Turpi libidine.* Iam gestus motusque obsceni, & postquam tenebræ incedebant, quantum iuxta nemoris, & circumiecta tecta, consonare cantu & luminibus clarescere. Ipse per licita & illicita scedatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret; nisi paucos post dies vni ex illo contaminatorum grege, <sup>59</sup> cui nomen Pythagoræ fuit, in modum solennium coniugiorum denupsisset. Inditum Imperatori flammeum. <sup>60</sup> Missi auspices duo, & genia-

**C** quadam cum populo Romano factâ. Sardiniam enim insulam beatam & vberem, pro Græciâ ei attribuit. *Ita palam lati erroris illius Pausanias liberatur: qui non hoc vult, vt Sardinia tunc demum prouincia sit facta. non hercules, non. sed vt cum populo permutata. Hoc tamen ipsum an verè ambigas iure. quia Strabo libro ultimo, & Dio LIII. Sardiniam iam inde à primâ diuisione Augusti, collocant inter populares. Quod si mutatum à medijs Principibus: Dionem id non monuisse profectò mirum est.*

<sup>54.</sup> NIHIL VSQVAM PERINDE LÆTVM SIBI.] *Mihi hoc lucet. Vertranium malle, nihil vsquam periculosum sibi, insipientia est. Clarè hoc ait: Nero vti reipsâ ostenderet nullum sibi locum præ Româ esse: struxit in publico conuiuia, &c.*

<sup>55.</sup> PVBLCIS LOCIS STRVERE CONVIVIA.] *Suetonius: Cænitabatque nonnumquam & in publico, Naumachiâ præclusâ, vel Martio campo, vel Circo maximo.*

<sup>56.</sup> IN STAGNO AGRIPPÆ.] *cuius mentio Straboni, itemq; nemoris, de quo hic, lib. XIII. de Lampfacò: Ἐν τῷ θιν δὲ μετῆνεγεν Ἀγρίππας τὸν πεπρωκότα λέοντα. Λυσίππας ἔργον. Ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλλοι τῷ μεταξὺ τῷ λίμνης καὶ τῷ Εὐείπῃ. id est: Illinc transtulit Agrippa Leonem cadentem Lysippi opus. posuit verò in nemore, quod stagnum interiacet & Euripum. Ammianus, puto, idem intellexit; Inter quæ porticum excitauit ingentem \* lauacro Agrippæ contiguam, Boni euentus cognomine.*

<sup>57.</sup> ILLVSTRIBVS FEMINIS COMPLETA.] *Cor-*

*rigo in hac sententiâ Suetonium cap. XXVII. Insignes ganæ & matronarum institorio copas imitantium. legoq; institoria, pro locis ipsis.*

<sup>58.</sup> NVDIS CORPORIBVS.] *Ita receptum in prostitutis, vt nude ostenderent quidquid sui. Iuuenalis: — tum nuda papillis*

*Constitit auratis.*

*Lampridius Eligabalo: Et cum ad metetrices habitu muliebri processisset, papillâ eiectâ. Optime omnium Dio, in eodem monstro: Γυμνός τε αἰεὶ ὄπῃ τῷ δουραὶ ἀπὸ τῆς ἐσώας, ὡσπερ αἱ πόρνας, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κεκοίς ἐξερτημένον ἀφαιείων, τὰς τε παρώντας ἀβραὶ τε καὶ κελλασμένη τῇ φωνῇ ἀεσσοταίεζο- μύρος.*

<sup>59.</sup> CVI NOMEN PYTHAGORÆ.] *At Doryphorum vocat Suetonius, facitq; eum Neronis libertum. Enimvero errare Tranquillum aio, quoniam Doryphorus antè mortuus. Tacitus lib. XIV. Eodem anno potissimos libertorum veneno interfecisse creditus est: Doryphorum, vt aduersatum nuptijs Poppæ. At Tacito etiam Dio stat.*

<sup>60.</sup> MISSI AVSPICES DVO.] *E Sulpicio Seuero, qui locum hunc transscripsit aperte, leg. videtur, auspices, dos, & gen. Melius etiam, vili, quàm, missi. Verba Sulpicij: Inditum Imperatori flammeum, dos & genialis thorus, & faces nuptiales: cuncta denique quæ vel in feminis non sine verecundiâ conspiciuntur, spectata. Victor de hac re: Amictus nubentium virginum specie, palam Senatu, dote datâ, in manum conuenit. Sed & in Suetonio mentio dotis: nec herclè in his legitimis nuptijs omitti debuit.*

*\* Aut certe eius thomas intellegit.*

Cap. 38.  
Incendium  
grande  
Romæ.

Miseræ eius  
facies,

Quod nec  
resingui  
licuit.

Cap. 39.

Domus et-  
iam Princi-  
pis exusta.  
Receptacula  
quædam ple-  
bi data.

At ille canit  
inter flamas.

Cap. 40.

genialis torus, & faces nuptiales; cuncta deniq; spectata, quæ etiam in feminâ nox operit. A  
Sequitur clades, fortè, an dolo Principis incertum: nam vtrumque auctores prodide-  
re: sed omnibus quæ huic vrbi per violentiam ignium acciderunt, grauior atque atro-  
cior. Initium in eâ parte Circi ortum, quæ Palatino Cælioque montibus contigua est.  
Vbi <sup>61</sup> per tabernas, quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, simul ceptus  
ignis, & statim validus, ac vento citus longitudinem Circi corripuit. Neque enim do-  
mus munimentis septæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interiacebat. Im-  
petu peruagatum incendium, plana primùm, deinde in edita assurgens, & rursus infe-  
riora populando anteiijt remedia velocitate mali, & obnoxia vrbe artis itineribus, huc-  
que & illuc flexis, atque <sup>62</sup> enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta  
pauentium feminarum, <sup>63</sup> fessa [ætate] aut rudis pueritiæ ætas, quiq; sibi, quique alijs con-  
sulebant, dum trahunt inualidos aut opperiantur, pars morans, pars festinans, cuncta  
impediebant: & sæpè dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumueniebantur:  
vel si in proxima euaserant, illis quoque igni correptis, etiam quæ longinqua credi- B  
derant, in eodem casu reperiebantur. Postremò quid vitarent, quid peterent ambigui,  
complexe vias, sterni per agros: quidam omissis omnibus fortunis diurni quoque victus,  
alij caritate suorum quos eripere nequuerant, quamuis patente effugio interiere. Nec  
quisquam defendere audebat, crebris multorum minis resingere prohibentium; & quia  
alij palàm faces iaciebant, atque esse sibi auctorem vociferabantur: siue vt raptus licen-  
tius exercebant, seu iussu. Eo in tempore Nero Antij agens, non antè in urbem regressus  
est, quàm domui eius, quæ palatium & <sup>64</sup> Mæcenatis hortos continuauerat, ignis pro-  
pinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin & palatium & domus & cuncta circum hau-  
rirentur. Sed solatium populo exturbato & profugo, campum Martis ac <sup>65</sup> monumenta  
Agrippæ, hortos quin etiam suos patefecit. Et subitaria ædificia exstruxit, quæ multitu-  
dinem inopem acciperent. Subuecta que utensilia ab Hostiâ, & propinquis municipijs.  
<sup>66</sup> pretiumque frumenti minutum, usque ad ternos nummos. Quæ quamquam popu-  
laria, in irritum cadebant, quia peruaserat rumor: ipso tempore flagrantis vrbis, inisse C  
eum domesticam scenam, & cecinisse Troianum excidium, præsentia mala vetustis  
cladibus assimilantem. <sup>67</sup> Sexto demùm die apud inas Esquilias finis incendio factus,  
proruptis per immensum ædificijs, vt continua violentiæ campus & velut vacuum  
cælum

61. PER TABERNAS, QVIBVS.] Nam ibi, id est, in Velabro olearij. Plautus:

De compaço rem gerunt, quasi in Velabro olearij.

Idèò à Victore in regione XI. Circi maximi, locata ades Herculis Oliuarij. Sed & Thurarius vicus istic. Denique purpura, serica, aliæq; merces. Martialis:

Nec nisi prima velit de Thusco vellera vico.

62. ENORMIBVS VICIS.] Linius libro V. post Gallicum incendium, id excusat, Festinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omisso sui alienique discrimine, in vacuo ædificant. & addit, formam vrbis esse occupatæ magis, quàm diuisæ similem.

63. FESSA ÆTATE AVT.] Sentio corruptionem, & amolior: Fessa, aut rudis pueritiæ ætas, superfluenti voce inducta. Describit in incendio infirmi sexus pauporem, & ætatis. Ætas infirma duplex, Pueritia, Senectus. Hanc noster vocat Fessam. supra. lib. XIV. Si quos imbellis sexus aut fessa ætas attinuerat. lib. I. Hist. Fessam iam ætate Galbæ. lib. I. Annal. An Augustum fessam ætate toties in Germaniam commear potuisse?

64. MÆCENATIS HORTOS CONTINVAVERAT.] Horti Mæcenatiani in Esquilij. Bis autem à Nerone ædificata domus, productaq; ad Esquilias ipsas. Sue-

tonius, Domum à Palatio Esquilias usque fecit. quam primò Transitoriam, mox incendio absumptam restitutamque, Auream nominauit. Priorem ergo nunc intellege.

65. MONVMENTA AGRIPPÆ.] Quæ plura in eo campo. Vide Dionem LIII.

66. PRETIVMQVE FRUMENTI MINVTVM.] Apparet ergo non planè gratuitum frumentum fuisse: nisi tamen intellegit de eo, quod supra annonarium modum supraq; mensuram tesseram capiebant. Sanè & antea mentio pretij fuit; Frumenti pretio nihil additum est, quamuis ducentas ferè naues, &c. itemq; post hoc libro: Addiditque militibus sine pretio frumentum, quo antea ex modo annonæ utebantur. Hæc autem ratio conciliandi fauoris, pulchrè & ex sui sæcli ritu descripta Lucano lib. III. in Iulij personâ:

Quoque modo vanos populi conciret amores:

Gnarus, & irarum causas, & summa fauoris Annonâ momenta trahi. namque adserit vrbes Sola fames, emiturque metus, cum segne potentes

Vulgus alunt. nescit plebes ieiuna timere.

67. SEXTO DEMVM DIE.] At Suetonius ait, sex dies septemq; noctes eâ clade sauitum. Vterque longè

A cælum occurreret. Nec dum posito metu <sup>68</sup> redibat. \* Leuis rursus grassatus ignis, patulis magis urbis locis, eoque strages hominum minor. delubra deum, & porticus amœnitati dicatae latius procidere. Plusque infamiae id incendium habuit, quia praedijs <sup>69</sup> Tigellini Æmilianis proruperat. <sup>70</sup> Videbaturque Nero condendae urbis nouae, & cognomento suo appellandae gloriam quaerere. Quippe in regiones quattuordecim Roma diuiditur: quarum quattuor integrae manebant, tres solo tenus deiectae: septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera & semiusta. Domuum, & insularum, & templorum, quae amissa sunt, numerum inire haut promptum fuerit: sed vetustissimam religionem, quod <sup>71</sup> Seruius Tullius Lunae, & Magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Euander sacrauerat, adisque Statoris Iouis vota Romulo, Numaeque regia, & delubrum Vestae cum penetibus populi Romani, exusta. iam opes tot victorijs quaesitae, & <sup>72</sup> Graecarum artium decora, exiit <sup>73</sup> monumenta ingeniorum antiqua & incorrupta. quamuis in tantâ resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerant, quae reparari nequibant. Fuere qui annotarent, <sup>74</sup> XIV. Kalend. Sextiles principium incendij huius ortum, quo & Senones captam urbem inflammauerant. Alij eò usque curam progressi sunt, ut <sup>75</sup> totidem annos mensesque & dies inter utraque incendia numerent. Ceterum Nero usus est patriae ruinis, exstruxitque domum, in qua haut perinde gemmae & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quam <sup>76</sup> arua & stagna, & in modum solitudinum hinc siluae, inde aperta spatia, & prospectus: magistris & machinatoribus Seuero & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quae natura denegauisset,

Nec sine eius  
numeri vide-  
batur id in-  
cendium.

Cap. 41.  
Ceterum to-  
ta pars Ro-  
ma eo corru-  
pta:  
Et vetustissi-  
ma templa:  
Innumera  
statua.

Cap. 42.  
Nero domum  
sibi exstruit.

Laxitate &  
splendore  
mirificam.

longè abit à lapide prisco, qui nouenos commemorat dies. Romae ad Basilicam Petri,

EX. VOTO. SUSCEPTO. QVOD. DIV.  
ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM.  
INCENDIOR. ARCENDORVM. CAVSSA  
QVANDO. VRBS. PER. NOVM. DIES.  
ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBVS.  
ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE.  
CVI. LICEAT. INTRA. MOS. TERMI-  
NOS. AEDIFICIVM. EXSTRVERE.

Conciliari facile noster potest, quia mox addit ignem redisse. Primum ut incendium sex dierum fuerit, alterum, trium. Suetonium, aut lapidem certe non excuso.

68. REDIBAT. \* LEVIS. ] Inusi notam. tamen legi potest, sententiam incolumi: redijt, at leuius rursus grassaturus ignis.

69. TIGELLINI ÆMILIANIS. ] Puto legendum in Æmilianis. Æmiliana enim locus extra urbem, ad campum Martium, coniunctus tamen continensque urbi. Varro libro III. De Re rust. Eorum aedificia qui habitant extra portam Frumentariam, aut in Æmilianis. Sueton. Claudio cap. XVIII. Cum Æmiliana pertinacius arderent. Est tamen in ipsa urbe & vicus Æmilianus regione VII. nominatus Sex. Ruffo.

70. VIDEBATVRQVE NERO. ] Sulpicius Seuerus lib. II. Sac. Histor. mutatus hoc est à Tacito: Sed opinio omnium inuidiam incendij in Principem retorquebat, credebaturque Imperator gloriam in nouandae urbis quaesisse.

71. SER. TVLLIVS LVNAE. ] Templum Lunae in Auentino reperio, apud Liniuum lib. XI. Forem ex aede Lunae quae in Auentino est raptam tulit, &c. Rufus in regione XII. Templum Lunae in Auentino magnum. Ouidius:

Luna regit menses. huius quoque tempora mensis

Finit Auentino Luna colenda iugo.  
Suspiciabar de Luna matre antea: sed falso.

72. GRAECARVM ARTIVM DECORA. ] Statuae, & tabulae magnorum artificum.

73. MONIMENTA INGENIORVM. ] Libri veterum scripti, multi ab ipsis auctoribus: qui in priuatis aut publicis Bibliothecis perierunt. O iustam querelam! & si tunc, quid nunc post Barbaros dicam? Iure laboramus in restituendis.

74. XIV. KAL. SEXTILES. ] Satis mirus ille dierum concursus & conuenientia, & ab arcanis Providentiae causis. Sicut & in templo Hierosolymitano Iosephus notat, lib. VII. Excidij, eodem mense & die à Tito incensum, quo olim à Babylonio rege fuisset. Quis autem proprie ille dies Romani incendij? notatur à Tacito Decimusquartus Kal. Sextilium. sed cum manifesto errore vel librarij, vel ipsius potius, ut vult vir doctissimus in Temporum emendatione. Nam omnes veteres, inquit, incendium illud euenisse non XIV. sed XVI. Kalend. Sextilis tradunt. Fateor miratum me cum legerem, & Taciti causam sedulo inquisuisse. Sed profecto omnis me ratio fugit, aut hic virum illum magnum: & à capite rem inquisui in EXCVRS. A.

75. TOTIDEM ANNOS MENSESQUE. ] Trica curiosorum hominum, quas non extrico. Computem ab urbe condita: dispar ratio. A Troia incensa? aequè dispar. Facile collectu tibi ex Fastis. Ut mihi nunc videntur, tenebrae sunt, quas non illustret ipse Phœbus.

76. ARVA ET STAGNA. ] Suetonius cap. XXXIV. & Martialis magis distinctè loca ipsa describens lib. I. epig. II.

Hic ubi conspicui venerabilis Amphitheatri  
Erigitur moles, stagna Neronis erant.  
Hic ubi miramur velocia munera thermas,  
Abstulerat miseris tecta superbus ager.



uisset, per artem tentare, & viribus Principis illudere. Namque <sup>77</sup> ab lacu Auerno nauigabilem fossam vsque ad ostia Tiberina depressuros promiserant, squalenti litore, aut per montes aduersos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes: cetera abrupta, aut arenosa, ac si perumpi possent, intolerandus labor, nec satis causæ. Nero tamen, vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima Auerno iuga connixus est: manentque vestigia irritæ spei. Ceterum vrbs <sup>78</sup> quæ domus supererant, non vt post Gallica incendia, nulla distinctione, nec passim erectæ: sed dimensis vicorum ordinibus, & latis viarum spatijs, <sup>79</sup> cohibita ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisque porticibus, quæ frontem insularum protegerent. Easque porticus Nero suâ pecuniâ exstructurum, purgatasque areas dominis traditurum, pollicitus est. Addidit præmia pro cuiusque ordine, & rei familiaris copijs: finiuitque tempus, intra quod effectis domibus aut insulis, adipiscerentur. Ruderer accipiendo Hostienfes paludes destinarat, atque naues, quæ frumentum Tiberi subuectassent, onustæ rudere decurrerent. Ædificiaque ipsa certâ sui parte, sine trabibus, <sup>80</sup> saxo Gabino Albanoque solidarentur: quod is lapis igni imperuius est. Iam aqua priuatorum licentiâ intercepta, quo largior & pluribus locis in publicum flueret, <sup>81</sup> custodes: & subsidia reprimendis ignibus, in propatulo quisque haberet: nec communione parietum, sed proprijs quæque muris ambirentur. Ea ex utilitate accepta decorem quoque nouæ vrbi attulere. Erant tamen qui crederent veterem illam formam salubritati magis conduxisse, quoniam angustitæ itinerum, & altitudo tectorum non perinde solis vapore perumperebantur. At nunc patulam latitudinem, & nullâ vmbriâ defensam, grauiore æstu ardescere. Et hæc quidem humanis consilijs prouidebantur. Mox petita à dijs piacula, aditque Sibyllæ libri, ex quibus supplicatum Vulcano & Cereri Proserpinæque, ac propitiata Iuno per matronas, primùm in Capitolio, deinde apud proximum mare. Vnde haustâ aquâ, templum & simulacrum deæ prosperum est; & <sup>82</sup> lectisternia ac pervigilia celebraere feminæ quibus mariti erant. <sup>83</sup> Sed non ope humanâ, non largitionibus Principis aut deûm placamentis, decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo

Cap. 43.  
Ipsa vrbs  
capta in-  
staurari:

Sed ad men-  
suram &  
composi-  
tione.

Etiã fir-  
mior contra  
incendia:

Et veteri  
pulchrior:  
Non tamen  
salubrior.

Cap. 44.  
Dijs suppli-  
cia instituta.

<sup>77</sup>. AB LACU AVERNO.] *Plinius lib. XIV. Antea Cæcubo erat generositas, quod iam intercidit, & incuriâ coloni locique angustitæ: magis tamen fossa Neronis, quam à Baiano lacu Ostiam vsque nauigabilem inchoauerat.*

<sup>78</sup>. QUÆ DOMVS SUPERERANT.] *Pugnat in sententia. Si enim supererant, quomodo erectæ? quod in dirutas incensasque conuenit. Putarim legend. quæ domus perierant.*

<sup>79</sup>. COHIBITA ÆDIFICIORVM ALTITVDINE.] *Quod iam antè Augustus fecerat, eadem fini: id est, ad incendia arcenda, & maxime ruinas. Strabo lib. V. Πεδος δὲ τὰς συμπύσεις τὰ ὑψηλὰ καὶ ὀρθὰ ὁμοιομοιῶν καθελὼν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ὄ. Τὸ πεδὸς τὰς ὁδοὺς τὰς δημοσίας. Sed & ante Augustum Rutilius orationem dixerat, de modo ædificiorum. Et Augustus quidem pedes LXX. tollere permisit: Traianus dumtaxat LX. vt notat Sex. Aurelius, qui modus fortasse & Neronianus fuit.*

<sup>80</sup>. SAXO GABINO ALBANOQUE.] *Eadem vis Sabino lapidi tributa ab Isidoro lib. XVI. Sauius lapis, inquit, fuscus addito oleo etiam lucere fertur. Est & quidam viridis lapis vehementer igni resistens. Sed corrigo, Gabinus, è Strabone: Γαβίου μὲν ἐν τῇ Περαίνῃ ὁδῷ κειμένη λατόμιον ἔχουσα ὑπερὸν τῆς Πρώμης μάλισα τῶν ἀλλῶν. id est, Gabij in viâ Prænestina vrbs, latomias habet, quibus non aliæ vtibiliores Romanis. De his similibusque lapidibus imperuijs igni, vide Vitruuium lib. II. cap. VII.*

<sup>81</sup>. CVSTODES.] *Puto custodes istos, castellariorum appellatos, quia diuiculis (vti veteres dicebant) siue castellis aquarum Præfecti. Lapis Roma:*

CLEMENTI. CÆSAR  
VM. N. SERVO. CASTE  
LLARIO. AQUÆ. CL.  
AVDIÆ.

*De castellis Hesy chius, Vitruuius, Plinius, & Iuriconsulti, tit. De aquâ quotidianâ. Sed & ad tutelam aquarum familie publicæ institutæ: quæ in aliquot ministeriorum species diducuntur, villicos, castellariorum, curatores, silicarios, tectores, aliosque opifices, ait Frontinus, quem in his vide.*

<sup>82</sup>. LECTISTERNIA AC PERVIGILIA.] *Probè omnino Lectisternia. cum tamen in vet. Eudensi & Flor. sit, Sellisternia: non nefas suspicari Solisternia. vt intellegat feminas, (receptissimo tunc ritu) corpora in humum abiicisse; ad aras deorum repisse. Lucan. libro II.*

*Hæ lacrimis sparsere deos, hæ pectora duro Afflixere solo.*

*Statius: — omnibus aris*

*Illacrimat, signatque fores, & pectore terget Limina.*

*Et in Liuiio, Polybio, Apulcio, exempla.*

<sup>83</sup>. SED NON OPE HVMANA.] *Hæc, & quæ sequuntur, transcripsit iterum Sulpitius: Neque vllâ re Nero efficiebat, quin ab eo iussum incendium putaretur. Igitur vertit inuidiam in Christianos, adæque in innoxios crudelissimæ quaestiones.*

**A** lendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia inui-  
 fos, <sup>84</sup> vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius CHRISTVS, qui Tiberio  
 imperitante, per procuratorem <sup>85</sup> Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressa-  
 que in præsens \* exitiabilis superstitione rursus erumpebat, non modò per Iudæam origi-  
 nem eius mali, sed per urbem etiam: quò cuncta vndique atrocità aut pudenda confluunt,  
 celebranturque. Igitur primò correpti qui fatebantur, deinde indicio eorum multitu-  
 do ingens, haut perinde in crimine incendij, quàm <sup>86</sup> odio humani generis conuicti  
 sunt. Et pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interi-  
 rent; aut crucibus affixi, aut flammadi, atque vbi defecisset dies, <sup>87</sup> in vsum nocturni  
 luminis vrerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum ede-  
 bat, habitu aurigæ permixtus plebi, <sup>88</sup> vel circulo insistens. Vnde quamquam aduersus  
 fontes & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur; tamquam non vtilitate pu-  
 blicâ, sed in sæuitiam vnus absumerentur. Intereâ conferendis pecunijs peruaftata  
**B** Italia, prouinciæ euersæ, focijque populi, & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Inque eam  
 prædam etiam dii cessere, spoliatis in vrbe templis, egestoque <sup>89</sup> auro; quod triumphis,  
 quod votis, omnis populi Romani ætas prosperè aut in metu sacrauerat. Enimuerò  
 per Asiam atque Achaiam non dona tantùm, sed <sup>90</sup> simulacra numinum abripien-  
 bantur,

Et alia sup-  
 plicia in  
 Christianos,  
 quasi incen-  
 diarios.  
 \* Vas. exitia-  
 lis.  
 Tace impiè.

Insignis in  
 eos crudeli-  
 tas.  
 Nero intereâ  
 aurigatur.

Cap. 45.  
 Italiam &  
 prouincias  
 exhaurit.

Templa di-  
 spoliat.

stiones. quin & nouæ mortes excogitatæ, vt fera-  
 rum tergis contecti laniatu canum interirent.  
 Multi crucibus affixi, aut flammâ vsti. Plerique in  
 id referuati, vt cum defecisset dies, in vsum no-  
 cturni luminis vrerentur.

**84. VVLGVS CHRISTIANOS APPELLABAT.]** Sine, Chrestianos, vt scripsere per inscitiam \* illi.  
 Quod nomen ortum demum obseruo imperio Claudij  
 extremo. Suidas: Ε'πι Κλαυδιου Βασιλεως Ρωμαίων,  
 Πέτρος τῆ Α'ποστόλης χειροτονήσαντος. Ε'υόδιον ἐν Α'ν-  
 ποχείᾳ, μετανομάσθησαν οἱ πάσαι λεγόμενοι Ναζα-  
 ρεῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χρῆστῖανοί. Sed & Iudæi appellati  
 antea, quod frustra negitant quidam. Aperte Arria-  
 nus lib. II. cap. IX. Ο'ταν πᾶσα ἐπαμφοτερίζοντα ἰδω-  
 ρῶ, εἰώθαμιν λέγειν, Οὐκ ἐστὶν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑπο-  
 κρινεῖ. Ο'ταν δ' ἀναλαβῆτο πάθος, τὸ ἢ βεβαμύρου  
 καὶ ἡρημύρου, τὸ τε καὶ ὅτι τῷ ὄντι καλεῖται Ἰουδαῖος.  
 Ait, τῆ βεβαμύρου. qui ergo tincti & baptizati, præ-  
 ter Christianos? Suetonius Claud. cap. XXV. Iudæos  
 impulsore Chresto assidue tumultuantes Româ  
 expulit.

**85. PONTIVM PILATVM.]** Qui sextus Procurator  
 Iudææ, cum potestate Præsidis, fuit. Vide Iose-  
 phum lib. XVIII. Antiq. cap. III. Miror autem cur Sy-  
 riæ Procuratorem, nimis diffusè, Tertullianus dicat,  
 in Apologetico: Pontio Pilato Syriam tunc ex parte  
 Romanâ procurante.

**86. ODIO HVMANI GENERIS.]** Faërum le-  
 gisse aiunt, Odio generis conuicti. Sed non ea mens  
 Taciti: est ipsa, quam lib. V. Hist. expressit, de Iudæis:  
 Apud ipsos fides obstinata, misericordia in prom-  
 ptu, sed aduersus omnes alios hostile odium. Et  
 Arnobius dicit, Christianis hoc obiectum: quia scili-  
 cet diuersa omnia in moribus & sacris. itemq; con-  
 tagem & congressum eorum, theatra & circos, fu-  
 giebant.

**87. IN VSVM NOCTVRNI LVMINIS.]** Pro lych-  
 no & lucernâ. Credo Iuuenalem ad hoc sæuitiæ genus  
 spectasse.

Pone Tigellinum: tædâ lucebis in illâ  
 Quâ stantes ardent qui fixo gutture fumant.  
 quos versus scio & vulgus interpretum, & egregium

Turnebum, longè secius accipere. Ceterum prima hæc  
 exercita in nostrum nomen crudelitas. sanguinis dico.  
 Nam Claudius antea tantum expulerat. Sueton.  
 cap. XXV. Tertullianus: Consulite Commentarios  
 vestros, in illis reperietis Neronem primum in  
 hanc sectam tum maximè Romæ orientem Cæsa-  
 riano gladio ferocisse.

**88. VEL CIRCULO INSISTENS.]** Ego perseuero  
 legere, vel curriculo, sententiâ planè volente. Nero,  
 inquit, interdum quasi spectator immiscebatur plebi,  
 interdum currui insistebat vt aurigator. Propriè in-  
 sistebant. Plinius lib. IX. epistolar. Quo magis mi-  
 ror tot millia virorum, tam pueriliter, identidem  
 currentes equos, insistentes curribus homines vi-  
 dere. At Neronem currus rexisse, nimis notum. Pli-  
 nium leuiter emendo lib. XXVIII. capite XVII. Fe-  
 runtque & Neronem Principem hac potione re-  
 creari solitum, cum sic quoque se trigario (imò  
 trigarium) approbare vellet. Approbare trigarium,  
 valet, ostendere se legitimum aurigam & agitatore  
 equorum.

**89. AVRO; QVOD TRIVMPHIS.]** Aurum  
 è triumphis, Coronarium capio: quod iam per alios in-  
 notuit: sine etiam, quod ab Imperatoribus per trium-  
 phos illatum. E votis, quod Senatus in re trepidâ Ioui  
 alijsq; dijs vouebat. Petronius, Ipse Senatus recti  
 bonique præceptor, mille pondo auri Capitolio  
 promittere solet. Aut ipsi Consules, Prætoresve in  
 prouincias & ad bellum ituri. Liuius lib. XXXI. Lu-  
 dos Ioui, donumque vouere consulem, cui prou-  
 incia Macedonia euenisset, iussit. Alibi: Tum  
 P. Sulpicius secundum vota in Capitolio nuncu-  
 pata paludatus cum licioribus profectus. Et exem-  
 pla in Liuiio sparsim.

**90. SIMVLACRA NVMINVM ABRIPIEBANTVR.]**  
 Pausanias libro X. Non postremò Neronis im-  
 pietatem dei donaria effugere potuerunt. Is enim  
 æneas quingentas, partim deorum, partim homi-  
 num, sustulit imagines. Plinius ait lib. XXXIV. cla-  
 rissima queque signorum violentiâ Neronis in vr-  
 bem conuecta, & in sellarijs domus aureæ dispo-  
 sita fuisse.

\* Tertullia-  
 nus Apol. id  
 notat & La-  
 ctantius.

bantur, missis in eas prouincias <sup>91</sup> Acrato ac <sup>92</sup> Secundo Carinate. Ille libertus cuiun- **A**  
 que flagitio promptus: hic Græcâ doctrinâ ore tenus exercitus, animum bonis artibus  
<sup>93</sup> non induerat. Ferebatur Seneca, quò inuidiam sacrilegij à semet auerteret, longinquè  
 ruis secessum orauisse: & postquam non concedebatur, fictâ valetudine quasi æger ner-  
 uis, cubiculum non egressus. Tradidere quidam, venenum ei per libertum ipsius, cui  
 nomen Cleonicus, paratum, iussu Neronis: vitatumque à Senecâ prodicione liberti, seu  
 propriâ formidine, <sup>94</sup> dum simplici victu, & agrestibus pomis, ac, si sitis admoneret,  
 profluente aquâ vitam tolerat. Per idem tempus gladiatores apud opidum Præneste,  
 tentatâ eruptione, præsidio militis, qui custos adesset, coëreiti sunt: iam Spartacum &  
 vetera mala rumoribus ferente populo, vt est nouarum rerum cupiens pavidusque. Nec  
 multò post clades rei naualis accipitur, non bello (quippe haut aliàs tam immota pax)  
 sed certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat, non exceptis maris  
 casibus. Ergo gubernatores quamuis sæuente pelago à Formijs mouere, & graui Afri- **B**  
 co, <sup>95</sup> dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis litoribus impacti, tri-  
 remium plerasque, & minora nauigia passim amiserunt. Fine anni vulgantur prodigia  
 imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non aliàs crebrior, & sidus cometes, san-  
 guine illustri semper Neroni expiatum. Bicipites hominum aliorumve animalium par-  
 tus abiecti in publicum, aut in sacrificijs, quibus <sup>96</sup> grauidas hostias immolare mos est,  
 reperti. Et in agro Placentino viam propter natus vitulus, cui caput in crure esset. Secu-  
 taque haruspicum interpretatio: parari rerum humanarum aliud caput, sed non fore  
 validum, neque occultum: quia in vtero repressum, aut iter iuxta editum sit. Incunt  
 deinde consulatum <sup>97</sup> Silius Nerua, & Atticus Vestinus, cœptâ simul & auctâ coniura-  
 tione, in quam certatim nomina dederant, senatores, eques, miles, feminae etiam, cum  
 odio Neronis, tum fauore in C. Pisonem. Is Calpurnio genere ortus, ac multas insignes-  
 que

Seneca vo-  
 cem aut  
 mentem his  
 sceleribus  
 non commo-  
 dat.

Venenum ei  
 paratum.  
 Cap. 46.  
 Continentia  
 hominis.

Clades in  
 mari.

Cap. 47.  
 Prodigia  
 plura.

Cap. 48.  
 A. V. C.  
 DCCCXIII.  
 Coniuratio  
 in Neronem.  
 Capite  
 C. Pisonem.

91. ACRATO AC SECUNDO.] Prior horum nomi-  
 natus & Dioni Chrysostomo, & tota res & rapina hæc  
 denarrata: sed nomen corruptum est in libris. Verba in  
 oratione, quam Rhodaicam inscripsit: Ἰσὲ γὰρ Ἀκρά-  
 τῶν ἦνε μόνος, τὴν δὲ δικυμύρην ἔδδον ἀπασαν πε-  
 ειλθῶν, τῶν τε χέρων, καὶ μὲν ἐκώμῳ παρῆς μὲν  
 μίω, ὡς καρδάει ἦε. Corrupta, inquam, priora pa-  
 lam, & viri duo doctissimi mederi prætentarunt: ego  
 faciam. In scripto codice aiunt esse: Ἀκράτων ἐνεὶ  
 μόνος. Lego, ἰσὲ γὰρ, Ἀκράτος ἐνεὶ μόνος, τὴν δὲ δικυμύρην.  
 Vertenda: Nostis enim, Acratus ille, omnem or-  
 bem ferè peruagatus, illius rei gratiâ (statuas aufe-  
 rendi, & talia ornamenta) & nullum pagum etiam  
 aut vicum omittens, vt huc etiam venerit. Hæc ve-  
 ra lectio, & Tacitus firmat, quod ad nomen attinet: in  
 re autem, lucem à Dione etiam ipse capit, capietq;: lo-  
 cum totum vide. Volebam etiam legere: Ἀκράτος ἦ  
 ἦνε μόνος, ex vulgatâ editione: quod esset, Acratus  
 Principis, libertus scilicet aut seruus: sed verius habeo,  
 quod dixi.

92. SECUNDO CARINATE.] Suspiciari possis Rhe-  
 torem illum esse, quem Dio scribit à Caio in exilium  
 missum, quia contra Tyrannos declamitauerat. quemq;  
 Iuuenalis tangit:

Sicut Thrasymachi probat exitus, atq; Secundi  
 Carinnatis.

Tinctum eum eloquentia litterarumq; studijs, Taciti  
 consequa verba indicant.

93. NON INDUERAT.] Tentabam, imbuerat.  
 Nunc adfirmo vulgatam scripturam: & perplacet  
 metaphora honestas. Quâ ipsâ vsus Agellius lib. II. de  
 Æsopo fabulatore: qui, inquit, res salubriter ac per-  
 spicienter animaduersas, in mentes animosque

hominum cum audiendi quadam illecebrâ in-  
 duit. non vt corrumpunt, induxit. **C**

94. DVM SIMPLICI VICTV.] In tantis opibus  
 magna & rara abstinentiæ laus. Ipse de se epistô-  
 lâ LXXXIÏV. Panis deinde ficcus, & sine mensâ  
 prandium, post quod non sunt lauandæ manus.  
 Dormio minimum. Consuetudinem meam no-  
 sti. breuissimo somno vtor, & quasi interuigilo.  
 vbi ex veteri libro adfero, & quasi interuigilo, ab  
 aurigis metaphora: Epist. CIX. Inde in omnem vi-  
 tam vnguento abstinemus: quoniam optimus  
 odor in corpore, est nullus. Inde vino caret sto-  
 machus. inde in omnem vitam balneum fugi-  
 mus. & plura ibidem.

95. DVM PROMONTORIUM MISENI.] Classis  
 Romana in portu Misensi ordinariam stationem ha-  
 bebat, vti Alexandrina Puteolis, vt Strabo lib. XVII.  
 indicat. Promontorium hoc infame naufragijs, vti è  
 Senecâ colligas epist. LXXVIII. vbi de Alexandri-  
 nis nauibus: Cùm intrauère Capreas, & promon-  
 torium, ex quo **D**

Alta procelloso speculatur vertice Pallas,  
 ceteræ velo iubentur esse contentæ. Statius:  
 Prima salutauit Capreas, & margine dextro  
 Sparfit Tyrenæ Mareotica vina Mineræ.  
 Libabant ergo procelloso illi Palladi nautæ, periculo  
 maris defuncti.

96. GRAVIDAS HOSTIAS IMMOLARE.] Pauca  
 super eo sacrorum ritu. Trabere huc possis illud Festi:  
 Confeta sus, quæ cum omni fetu adhibebatur ad  
 sacrificium.

97. SILIUS NERVA.] E Fastis & lapidi-  
 bus, Silanus Nerua.

A que familias paternâ nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem aut species virtutibus similes. Namque <sup>98</sup> facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem aduersus amicos; & ignotis quoque comi sermone & congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies. Sed procul grauitas morum, aut voluptatum parcimonia. Lenitati ac magnificentiâ, & aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tantâ vitiorum dulcedine summum imperium non restrictum, nec perseverum volunt. Initium coniurationi non à cupiditate ipsius fuit. nec tamen facile memorauerim, quis primus auctor, cuius instinctu concitum sit, quod tam multi sumserunt. Promptissimos <sup>99</sup> Subrium Flauium tribunum prætoriæ cohortis, & Sulpicium Asprum centurionem existisse, constantia exitus docuit. Et Lucanus Annæus, Plautiusque Lateranus consul designatus, viuida odia intulere. Lucanum propriæ causæ accendebant, quòd famam carminum eius <sup>100</sup> premebat Nero, <sup>101</sup> prohibueratque ostentate, vanus assimulatione. Lateranum consulem designatum, nulla iniuria, sed amor Reip. sociavit. At Flavius Sceuinus & Afranius Quinctianus; vterque senatorij ordinis, contra famam sui, principium tanti facinoris capefferunt. Nam Sceuino dissoluta luxu mens, & proinde vita somno languida. <sup>102</sup> Quinctianus molli corpore infamis, & à Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Ergo dum scelera Principis, & finem adesse imperij, diligendumque qui fessis rebus succurreret, inter se aut inter amicos iaciunt, aggregauere Tullium Senecionem, Ceruarium Proculum, Vulcatium Araticum, Iulium Tugurinum, Munatium Gratum, <sup>103</sup> Antonium Natalem, Martium Festum, equites Romanos: ex quibus <sup>104</sup> Senecio è præcipuâ familiaritate Neronis speciem amicitiae etiam tum retinens, eò pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne secretum Pisoni erat. Ceteris spes ex nouis rebus petebatur. Ascitæ sunt <sup>105</sup> super Subrium & Sulpicium, de quibus rettuli, militares manus, Granius Siluanus & Staius Proximus, tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus & Venetus Paulus centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo præfecto videbatur: quem vitâ famaque laudatum, per sæuitiam impudicitiamque Tigellinus in animo Principis antebat, fatigabatque criminationibus, ac sæpè in metum adduxerat, quasi adulterum Agrippinæ, & desiderio eius vltioni intentum. Igitur vbi coniuratis præfectum quoque prætorij in partes descendisse, crebro ipsius sermone facta fides; promptius iam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cepisse impetum Subrius Flavius ferebatur, in scenâ canentem Neronem aggrediendi, aut cum ardente domo per noctem huc illuc cursaret incustoditus. Hic occasio solitudinis, ibi ipsa frequentia tanti decoris testis, pulcherrimum animum extimulauerant: nisi impunitatis cupido retinisset, magnis semper

Ille descri-  
ptus.

Cap. 49.

Et qui præ-  
cipui in eâ.  
Lucanus  
poeta:

Sceuinus

Quinctia-  
nus:  
Cap. 50.

Plures alij:

Etiam ex  
prætorio.

Imò eò ipse  
erascens.

Flauij hone-  
stus impetus.

Sed ignauis-  
ser remissus.

98. FACUNDIAM TVENDIS CIVIBVS.] Has omnes laudes eius cecinit quicumque ille adolescens poeta, in Panegyrico ad Pisonem.

99. SVBRIVM FLAVIVM.] Dioni dicitur, Σβριος Φλάβιος. Et statim, Σβλπίκιος Α' αργε, qui noster est, Asper.

100. PREMEBAT NERO.] Sed idem tamen post mortem, famam ei non inuidit, id est legi & edi permisit. Hoc vult inscriptio vetus:

M. ANNÆO LVCANO  
CORDVBENSI POETÆ  
BENEFICIO NERONIS  
FAMA SERVATA.

Gaude liberrime poetarum: litasti genio Aternitatis.

101. PROHIBVERATQVE OSTENTARE, VANVS ASSIMVLATIONE.] Quinquennali ludicro, cum Orpheum Lucanus recitasset, coronatus contra Neronem est. quod agrè tulit citharædus Princeps. Staius:

Ingratus Nero dulcibus theatri,  
Et noster tibi præferatur Orpheus.

Sed quid sibi vult hic, Vanus assimulatione? An quòd Nero vano & irritò conatu assimulare & reddere Lucani versus voluit? Ita scriberes, assimulatione. Sed non placet. ne Farnesianum quidem scriptum, vana assimulatione. Lego clariùs, vanus æmulatione.

102. QVINCTIANVS MOLLI CORPORE.] Farnes. mollitie corporis. Ita Latinis dicta, ἡ ἄνδρεια νόσος. Ouidius:

Mollis erat, facilisque viris Præantius heros.

103. ANTONIVM NATALEM.] Non arbitror illum esse, quem Seneca cum probro describit: Nuper Natalis tam improbæ linguæ, quàm impuræ, in cuius ore feminæ purgabantur.

104. SENECIO E PRÆCIPVA.] Ergo ille, qui lib. XIII. vnâ cum Othone familiarissimus Neroni ostenditur, libidinum eius in Acten administer & interpretes? Putem. sed ibi Claudius Senecio dicitur, hic Tullius. Itaque me sustineo.

105. SVPER SVBRIVM.] Libri mei, per Subrium.

Cap. 51.  
Epicharis  
moras agrè  
fert:

Proculum  
adsciscere  
conatur.

Ille eam  
desert.  
Constantè  
hac refutat.

Cap. 52.  
Consilium  
cadendi Ty-  
ranni apud  
Baias.

Sed iterum  
omissum.

Metu ne alij  
arriperent  
Imperium.

Cap. 53.  
Denique  
placuit Cir-  
censium eum  
aggredi.  
Scena geren-  
da rei.

per conatibus aduersa. Interim contantibus prolatantibusque<sup>106</sup> spem ac metum, Epi-  
charis quædam, incertum<sup>107</sup> quonam modo sciscitata (neque illi antè vlla rerum honesta-  
rum cura fuerat) accendere, & arguere coniuratos: ac postremò lentitudinis eorum per-  
tæsa, & in Campaniâ agens primores Classiariorum Misensium labefacere, & con-  
scientiâ illigare connixa est tali initio.<sup>108</sup> Erat Chiliarchus in eâ classe Volusius Proculus,  
occidendæ matris Neronis inter ministros non ex magnitudine sceleris prouectus, vt  
rebat. Is mulieri olim cognitus, seu recens ortâ amicitia, dum merita erga Neronem  
sua & quàm in irritum cecidissent, aperit, adiicitque questus & destinationem vindictæ,  
si facultas oriretur, spem dedit posse impelli & plures conciliare. nec leue auxilium in  
classe; crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos & Misenum maris vsu læta-  
batur. Ergo Epicharis plura, & omnia scelera Principis orditur.<sup>109</sup> Neque senatui, quid  
manere, sed prouisum quonam modo pœnas versæ Reip. daret: accingeretur modò, na-  
uaret operam, & militum acerrimos duceret in partes, ac digna pretia expectaret. No-  
mina tamen coniuratorum reticuit. Vnde Proculi indicium irritum fuit, quamuis ea  
quæ audierat ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis, & eum indice composi-  
ta, nullis testibus innixum facilè confutauit. Sed ipsa in custodiâ retenta est, suspectante  
Nerone, haut falsa esse etiam quæ vera non probabantur. Coniuratis tamen metu pro-  
ditionis permotis, placitum maturare cædem apud Baias, in villâ Pisonis: cuius amœni-  
tate captus Cæsar crebrò ventitabat, balneisque & epulas inibat ommissis excubijs, & for-  
tunæ suæ mole. Sed abnuit Piso, inuidiam præterens, si sacra mensæ diisque hospitales  
cæde qualiscumque Principis cruentarentur. Melius apud urbem in illâ inuisâ & spolijs  
ciuium exstructâ domo, vel in publico patraturus, quod pro Rep. suscepissent. Hæc in  
commune: ceterum timore occulto,<sup>110</sup> ne L. Silanus eximiâ nobilitate, disciplinaque  
C. Cassij, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium inua-  
deret, promptè daturis operam qui à coniuratione integri essent, quique miserarentur  
Neronem tamquam per scelus interfectum. Plerique Vestini quoque consulis acce-  
genium vitauisse Pisonem crediderunt,<sup>111</sup> ne à libertate moueretur, vel dilecto Imperato-  
re alio, sui muneris Remp. faceret. Etenim expers coniurationis erat, quamuis super eo  
crimine Nero vetus aduersus insontem odium expleuerit. Tandem statuere Circen-  
sium ludorum die,<sup>112</sup> qui Cereri celebratur, exsequi destinata: quia Cæsar rarus egressu,  
domo aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat; promptioresque aditus erant læti-  
tiâ spectaculi. Ordinem insidijs composuerant; vt Lateranus quasi subsidium rei fa-  
miliari oraret deprecabundus & genibus Principis accidens, prosterneret incautum  
premeretque, animi validus, & corpore ingens. Tum iacentem & impeditum, tribu-  
ni & centuriones, & ceterorum<sup>113</sup> vt quisque audentiæ habuisset, accurrerent, trucidarentque:

106. SPEM AC METVM] Nec malè, spe ac metu.

107. QVONAM MODO SCISCITATA.] Id est, vnde aut per quem odorata de coniuratione. Sperne Vertranij, suscitata.

108. ERAT CHILIARCHVS.] Ita libri. Vulgò, nauarchus. Benè Chiliarchus, pro Tribuno: sicut & Centuriones reperies plus semel in classe.

109. NEQVE SENATVI, QVID MANERE.] Vatic. codicis scripturam expressi. nec dissentit Farnesianus, nisi quòd refert, quod manere. Quis Castor aut Pollux liberat me ab hoc astu? Fortè, Neque se nauatam quidem manere. quasi attollens coniuratorum numerum splendoremq. id dicat mulier. etiam ipso cessante, prouisum viris melioribus quomodo nefarius ille pœnas daret.

110. NE L. SILANVS.] De quo inferius lib. XVI.

111. NE A LIBERTATE MOVERETVR.] Vatic. ne ad libertatem moraretur. Ducit me sententia

vt legam, ne aut libertatem moliretur. Duplex videlicet à Vestino metus. ne aut homo acer ad libertatem populum vocaret: aut alium à Pisonem Principem diligeret.

112. QVI CERERI CELEBRATVR.] Qui dies pridie Idus Apriles, ita notatus Calendario veteri: LVDI. CERERI. & biduo antè, LVDI. IN. CIRCO. Infra, noster: vtque Circensium Cerealium ludicrum, pluribus equorum cursibus celebraretur. Dio lib. XLVII. inter prodigia refert, quòd Ediles Cereri, loco Circensium & equestrium ludorum, gladiatorios exhibuerint. Ouidium adde IV. Fastorum: & nummum veterem: MEMMIVS ÆDILIS CERALIA PREIMVS FECIT. quòd Cæsaris & Tullyi auro factum. Vide Politianum, Miscell. capite LXXXV.

113. VT QVISQVE AVDENTIÆ.] Lectio à Vatic. est, Farnes audaciæ habuisset. corruptè triti libri, audiuisset.

**A**rentque primas sibi partes expostulante Sceuino; qui pugionem templo Salutis in Etruria, siue, ut alij tradidere, Fortunæ Ferentano in opido detraxerat, <sup>114</sup> gestabatque velut <sup>115</sup> magni operis sacrum. Interim Piso apud ædem Cereris opperiretur, unde eum præfectus Fenius & ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antoniâ Claudij Cæsaris filiâ, ad eliciendum vulgi fauorem. quod C. Plinius memorat. Nobis quoque modo traditum non occultare in animo fuit, <sup>116</sup> quamuis absurdum videretur & inane, aut ipsi Antoniam nomen & periculum commodauisse, aut Pisonem notum amore vxoris, alij matrimonio se obstrinxisse: nisi si cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est.

<sup>117</sup> Sed mirum quàm inter diuersi generis, ordinis, ætatis, sexus, dices, pauperes, taciturnitate omnia cohibita sunt: <sup>118</sup> donec proditio cœpit à domo Sceuini. Qui pridie insidiarum, multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum, testamentum obsignauit: promptum vaginâ pugionem, de quo supra rettuli, vetustate obtusum increpans, asperari saxo, & mucronem ardescere iussit. Eamque curam liberto Milicho mandauit. Simul affluentius solito conuiuium inuitum. seruatorum charissimi libertate, & alij pecuniâ donati. Atque ipse mœstus, & <sup>119</sup> magnæ cogitationis manifestus erat, quamuis lætitiâ vagis sermonibus simularet. Postremò vulneribus ligamenta, quibusque sistitur sanguis, <sup>120</sup> parare eundem Milichum monet: siue gnarum coniurationis, & hucusque fidum, seu nescium, & tunc primum arreptis suspicionibus, ut plerique tradidere, de consequentibus. Nam cum secum seruilis animus præmia perfidiæ reputauit, simulque imensa pecunia & potentia obuersabantur, cessit fas, & salus patroni, & acceptæ libertatis memoria. Etenim vxoris quoque consilium assumsit, muliebri ac deterius, quippe vltro metum intentabat, multosque astitisse libertos ac seruos, qui eadem viderint: nihil profuturum vnus silentium. at præmia per vnum fore, qui indicio præuenisset. Igitur cœptâ luce Milichus in hortos Seruilianos perguit: & cum foribus arceretur, magna, & atrocia afferre dictitans, deductusque ab ianitoribus ad libertum Neronis <sup>121</sup> Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, vrgens periculum, graues coniurationes, & cetera quæ

**C** audierat, coniectaueratque, docet. Telum quoque in necem eius paratum ostendit, acciri que reum iussit. Is raptus per milites, & defensionem orsus, Ferrum cuius argueretur, olim religione patriâ cultum, & in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum respondit. Tabulas testamenti sepius à se, & incustoditâ dierum obseruatione, signatas. Pecunias & libertates seruis & antè dono datas: sed idèd tunc largiùs, quia tenui iam re familiari, & instantibus creditoribus, testamento diffideret. Enim verò liberales semper epulas struxisse, & vitam amœnam, & duris iudiciis parum probatam. Fomenta vulneribus nulla iussu suo; sed quia cetera palam

Cap. 45.  
Fatum negat, & coniuratio dicitur, Per vanitatem Sceuini.

Milichus suspicionem arripit.

Cum vxore communicat

Cap. 55.  
Ad Principem defert.

Sceuinus sistitur.

Et fidenter se defendit.

114. GESTABATQUE VELUT. ] Gestabatne pugionem? non is mos Romæ, & per hanc vanitatem homo se palam retexisset. Aliud omnino verbi fuisse suspicor: seruabatque: iactabatque. aut tale.

115. MAGNI OPERIS SACRVM. ] Pichena ex Flor. colligit, magno operi. Neque ego olim male, magnis operis, multitudinis numero.

116. QVAMVIS ABSVRDVM VIDERETVR ET INANE, AVT IPSI ANTONIAM NOMEN ET PERICVLVM COMMODAVISSE. ] Rodolphus peracutè: aut inani spei Antoniam. Hi tales homines, si ad Criticam seriò se dedissent, quid non peruidissent? Et tamen nos Pelei placemus nobis in hac macherâ.

117. SED MIRVM QVAM INTER DIVERSI GENERIS, ORDINIS, ÆTATIS, SEXVS, TACITVRNITATE OMNIA COHIBITA. ] Certè mirum, in lubrico & præpeti hoc sermonis. Simile planè, quod Claudianus miratur, conspiratione militari in Ruffinum:

— nec quisquam tantâ de plebe repertus, Proderet incautis qui corda minantia verbis. Quæ non posteritas, quæ non mirabitur ætas

Tanti consilium vulgi potuisse taceri, Aut facinus tam grande tegi?

Et plura, quæ addit.

118. DONEC PRODITIO COEPIT. ] Plutarchus libello de Garrulitate, longè aliter elatam & apertam narrat coniurationem. Sed ne tibi imponat, non istam. Duplex enim in Neronem coniuratio, Pisoniana, & Vinicianâ, ut auctor Sueton. cap. XXXVI. Ad Vinicianam ergo refer illa Plutarchi.

119. MAGNÆ COGITATIONIS MANIFESTVS. ] Seneca in Controuersia v. l. II. Tyrannus suspicatus est, siue isti aliquid excidit, siue magna consilia non benè vultus tegit.

120. PARARE EVMDEM MILICHVM. ] Sententia apta est: tamen libri illud verbi redarguunt: quorum partim, sartiebat eundem; alij, partiebatque; nonnulli, partiebatur. Quid veri, quero.

121. EPAPHRODITVM. ] Qui à libellis fuit, de quo Suetonius Neron. cap. XLIX. Et Domit. cap. XIV. Est ille ipse, cui nobilis seruus Epictetus fuit. Suidas, & Arrianus.

Libertum arguit, iam labantem, nisi uxor subuenisset. Cap. 56. *Natalis vocatus: Et tota res patefacta.* Seneca accusatus, Lucanus, A. ij. Cap. 57. *Epicharis ad mortis tormentis, Nil fatetur: Quin vltro sese exanimat.* Cap. 58. *Nero pauidus praesidia ubique disponit. Agmina rostrum trahuntur.* Fenij Rufi dissimulatio. Cap. 59. *Pisonem interea ad conandum multi hortantur: Bonis rationibus.*

palam vana obiecisset, adiungere <sup>122</sup> crimen visum se pariter indicem & testem facere. Adijcit A dictis constantiam. inculcat vltro intestabilem, & consccleratum, tantâ vocis ac vultus securitate, vt labaret indicium, nisi Milichum vxor admonuisset, Antonium Natalem multa cum Sceuino, <sup>123</sup> ac secreto collocutum, & esse vtrosque C. Pisonis intimos. Ergo accitus Natalis: & diuersi interrogantur, quis nam is sermo, quâ de re fuisset. Tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant. Inditaque vincla. Et tormentorum aspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis totius coniurationis magis gnarus, simul arguendi peritior, de Pisonem primùm fatetur. Deinde adijcit Annæum Senecam, siue internuntius inter eum Pisonemque fuit, siue vt Neronis gratiam pararet, qui infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum aites conquirebat. Tum cognito Natalis indicio Sceuinus quoque pari imbecillitate, an cuncta iam patefacta credens, nec vllum silentij emolumentum, edidit ceteros. Ex quibus Lucanus, Quinctianusque, & Senecio diu abnuere. Post promissâ impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Atiliam matrem suam, Quinctianus Glicium Gallum, Senecio Annium Pollionem amicorum præcipuos nominauere. Atque interim Nero recordatus Volusij Proculi indicio Epicharim attineri, ratusque muliebri corpus impar dolori, tormentis dilacerari iubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium ne à feminâ spernerentur, peruicere quin obiecta denegaret. Sic primus quæstionis dies contentus. Postero cum ad eosdem cruciatus retraheretur <sup>124</sup> gestamine sellæ (nam dissolutis membris insistere nequibat) vincolo fasciæ, quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto, indidit ceruicem, & corporis pondere connisa, tenuem iam spiritum expressit: clariore exemplo libertina mulier in tantâ necessitate alienos ac propè ignotos protegendo, cum ingenui & viri & equites Romani <sup>125</sup> senatoresque intacti tormentis, carissima suorum quisque pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque & Senecio & Quinctianus passim conscios edere, magis magisque pauido Nerone, quamquam multiplicatis excubijs semet sepsisset. Quin & urbem, per manipulos occupatis mœnibus, incesso etiam mari & amne, velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque & proxima municipiorum, pedites equitesque permixti Germanis, quibus fidebat Princeps quasi externis. Continua hinc & iuncta agmina trahi, ac foribus hortorum adiacere. Atque vbi dicendam ad causam introissent, lætatum erga coniuratos, si fortuitus sermo, & subiti occurfus, si conuiuium, si spectaculum simul misissent pro crimine accipi: cum super Neronis ac Tigellini sæuas percontationes, Fenius quoque Rufus violenter vrgeret, nondum ab indicibus nominatus, sed quò fidem incitiae pararet, atrox aduersus socios. Idem Subrio Flauio assilenti, annuentique au inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædemque patraret, <sup>126</sup> retinuit, infregitque impetum iam manum ad capulum referentis. Fuere qui prodita coniuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Sceuinus, hortarentur Pisonem pergere in castra, aut <sup>127</sup> rostra escendere, studiaque militum & populi tentare: si conatibus eius conscij aggregarentur, secuturos etiam integros. magnamque motæ rei famam, quæ plurimum in nouis consilijs valeret. Nihil aduersum hoc Neroni prouisum. etiam fortes viros subitis terreri; nedum ille scenicus, Tigellino scilicet cum pellibus suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo **D** confie-

122. CRIMEN VISVM.] Non erat hoc crimen, fomenta parasse; sed coniurasse. Itaque legam, crimini, cuius se pariter indicem & testem faceret. Et vero libri etiam quidam, faceret, preferunt.

123. AC SECRETO COLLOCVTVM.] Farnes. secreta, & ad oram, Seneca. non probo. Statim è libris edidi, An cuncta iam patefacta credens. non vt obtinuerat, ante. Notum & creberrimum Tacito dicendi genus.

124. GESTAMINE SELLÆ.] Eadem sententia est quam tangit Ammianus libro XXIIX. Promiscuè iuuenes alijque, membris omnibus

capti, ad supplicia sellis gestatorijs ducebantur.

125. SENATORESQUE INTACTI TORMENTIS.] Ita Farnes. optimè Vatic. intactis, litterâ unâ redundante. Ex quo fonte vulgatus error, in tantis. Res clara. Insigni laude, ait, dignanda libertina mulier, quæ toties pressa constanter indicare abnuerit ignotos: cum viri & Senatores etiam proxima pignora sua proderent, sine tormentis.

126. RETINUIT, INFREGITQUE.] Faërnus dudum, renuit, legebat: probaturque, à quibusdam libris, & rectum est. Annuerat Flauius, iste renuit.

127. ROSTRA ESCENDERE.] Libri scripti.

A confieri, quæ seignibus ardua videantur. Frustrâ silentium & fidem in tot consciorum animis & corporibus sperari. Cruciatu aut premio, cuncta peruia esse. Venturos qui ipsum quoq; vincirent, postremò indignâ nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur Remp. dum auxilia libertati inuocat, dum miles potius deesset, & plebes desereret, dum ipse maioribus, dum posteris, si vita præriperetur, mortem approbaret? Immotus ijs, & paullulum in publico versatus, post domi secretus, animum aduersum suprema fûnabat. donec manus militum adueniret, quos Nero tirones aut stipendijs recentes dilegerat. Nam vetus miles timebatur, tamquam fauore imbutus. Obijt abruptis brachiorum venis. Testamentum fœdis aduersus Neronem adulationibus, amoris vxoris dedit, quam degererem, & solâ corporis formâ commendatam, amici matrimonio abstulerat. Nomen mulieris Arria Galla, priori marito, Domitius Silius: hic patientiâ, illa impudentiâ, Pisonis infamiam propagauere. Proximam necem Plautij Laterani consulis designati Nero adiungit, adeò properè, vt non complecti liberos, non illud <sup>128</sup> breue mortis arbitrium permitteret. Raptus in locum <sup>129</sup> seruilibus pœnis sepositum, manu Statij tribuni trucidatur, <sup>130</sup> plenus constantis silentij, nec tribuno obijciens eandem conscientiam. Sequitur cædes Annæi Senecæ lætissima Principi, non quia coniurationis manifestum compererat, sed vt ferro grassaretur, quando venenum non processerat. Solus quippe Natalis, & hætenus promissus: missum se ad ægotum Senecam, vt viseret conquerereturque, cur Pisonem aditu arceret? melius fore si amicitiam familiari congressu exercuissent. Et respondiße Senecam, sermones mutuos & crebra colloquia neutri conducere: ceterum salutem suam incolumitate Pisonis inniti. Hæc ferre Granius Siluanus tribunus prætoris cohortis, & an dicta Natalis, suaque responsa nosceret, percontari Senecam iubetur. Is, fortè an prudens ad eum diem <sup>131</sup> ex campaniâ remeauerat, <sup>132</sup> quartumque apud lapidem suburbano iure substiterat. Illò propinquâ vesperâ tribunus venit, & villam globus militum sepsit. Tum ipsi <sup>133</sup> cum Pompeiâ Paullinâ vxore & amicis duobus epulanti mandata Imperatoris edidit. Seneca missum ad se Natalem, conquestumque nomine Pisonis quòd

Non illius animus.

Mortem sumit. Supremis tabulis adulatur Tyranno.

Cap. 60. Plautij Laterani egregia mors.

Sapientia, id est, Seneca cadit.

Qui in vita suburbano.

Cap. 61. vifens-

C 128. BREVE MORTIS ARBITRIUM.] *Profectò breue. Nam Nero mori iussis non amplius quàm horarium spatium dabat.*  
 129. SERUILIBVS POENIS SEPOSITVM.] *Disce ergo clarè, Lector, locum certum fuisse in pœnam seruorum viliùmque capitum. Quem illum? Sesterium, vt opinor. Ita enim locus, non Romæ, sed extra urbem, vbi cruces, patibula defixa, cadauera abiecta, aliaq; que ad supplicia plebis. Plutarchus in Galbâ: Τὴν δὲ Γαλβὰ τῶν Πατροβίου καὶ Οὐιτελλίου δέλοις ἐδαρῆσαντο. λαβόντες δὲ ἐκείνοι καὶ πάντα τρέπον αἰκισάειροι καὶ καθυβρίσαντες, ἐρρίψαν ἢ τὰς ἀπὸ τοῦ Καυκάσου κολαζοῦδρος θανάτῳ. Οὗ δὲ τόπος Σεστέρτιον καλεῖται. id est: Galbæ caput Patrobij & Vitellij seruis donarunt. quod illi acceptum omni conrumeliarum & ludibriorum genere afficientes abiecerunt in locum, vbi occidi solent in quos Cæsar iussit animaduertere. Locus Sesterium dicitur. Extra urbem, dico, is locus (errant qui de Gemonijs suspicantur) vel nominis argumento. Sic enim dicitur, quia semitertio ab vrbe milliari. Ea quidem ratio appellandi, recepta Romanis. Ita septimum Palatium sub vrbe, Iustiniani, l. xxxiv. c. de donation. Decimum, suburbanum Carthagini Procopio. Septimum Hosiense, Symmachi villa, l. vi. ep. Quartum Latine, apud eundem lib. ix. Quartum Pollionis, Martialem lib. iii. Credo fuisse extra portam \* Esquilinam: & odorari videor corruptionem eius verbi in commentatore Horatij, vti Cruquius sedule industrie interpres eum edidit. Esquilinus mons Romæ ex septem montibus. Hinc Esquilina porta*

Romæ dicitur, adsefforium, vbi certus erat locus sepulchrorum ad corpora pauperum aut sceleratorum viliùmque comburenda, aut canibus projicienda. Legerim, ad sestertium. Sicut in vita Cypriani: Cum venisset ad eum locum qui dicitur Sextus, quarto ab vrbe milliari. emendatum ab alijs rectè, Sextertius.  
 130. PLENVS CONSTANTIS SILENTII.] *Egregij viri mortem plenius Arrianus descripsit, libro 1. cap. 1. Κατέθανός τις ἐν Ρώμῃ κελεύθεισ ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἀποκεφαλίσθηναι, οὐτείνασ τεράχηνον, καὶ πλῆγεις, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πλῆγην ἀδελφὴν ἡρωιδίῳ ἐπὶ ὀλίγον στυλκυσθεῖς; πάλιν ἐξέτεται. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πρὸς τὴν, προσελθόντι Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθερωτῆ τῆ Νέρωνος, καὶ ἀνακρίναντι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ συγκελευθῆναι, Ἄν πιδέλω, φησιν, ἐρεῖ σου τῶν κρυβῶ. O excelsum animum & supra omnem hanc terrenam fecem.*  
 131. EX CAMPANIA.] *Vbi extremis annis multus fuit, rarior in aulâ, & sapientiæ studijs occupatus. Epistolæ ibi, & Quæstiones Naturales, sub hoc tempus structæ.*  
 132. QUARTVMQVE APVD LAPIDEM.] *In villa suâ Nomentanâ, vt volunt, qui vitam nobis scripsere. Sed ambigo, quia Nomentum longius aberat, & duodecimo ferè lapide. Nisi si tractus eò versus hucusque Nomentanus diceretur.*  
 133. CVM POMPEIA PAVLLINA VXORE.] *\* Puticulos ipsos vltra Esquilias Varro locat. Quam nobilissimam feminam Dio appellat; filiam fortean Pompeij Paulini, qui supra Consularis dicitur, & vectigalibus publicis prepositus.*



Libera eius  
responsio ad  
quæstia.

Constantia  
in verbis &  
vultu.

Mors ei in-  
dita.

Cap. 62.  
Verba viri  
ultima uti-  
nam ipsa!

Cap. 63.  
Vxorem af-  
fatur & fir-  
mat.

Sed commori  
illa vult.

Venas sibi  
pariter inci-  
dunt.  
Senex noster  
lentè & agrè  
moritur.

Cap. 64.  
Multa di-  
ctat, & lo-  
quitur.  
Paullina eius  
vivere cogi-  
tur.

Ipsè cicutam  
sumit.

visendo eo prohiberetur, se ratione valetudinis & amore quietis, excusavisse respondit. A

Cur salutem privati hominis incolumitati suæ anteferet, causam non habuisse. <sup>134</sup> nec sibi prom-  
ptum in adulationes ingenium. Idque nulli magis gnarum quam Neroni, qui sapius libertatem Se-  
necæ, quam seruitium expertus esset. Vbi hæc à tribuno relata sunt, Poppæa & Tigellino co-  
ram, quod erat sæuienti Principi intimum consiliorum, interrogat, an Seneca volunta-  
riam mortem pararet? Tum tribunus <sup>135</sup> nulla pavoris signa, nihil triste in verbis eius  
aut vultu deprehensum confirmavit. Ergo regredi, & indicere mortem iubetur. Tradit  
Fabius Rusticus, non eo quo venerat itinere reditum, sed flexisse ad Fenium præfectum,  
& expositis Cæsaris iussis, an obtemperaret interrogavisse: monitumque ab eo, ut exse-  
queretur, fatali omnium ignavia. Nam & Silvanus inter coniuratos erat, augebatque sce-  
lera, in quorum ultionem consenserat. Voci tamen & aspectui pepercit. intromisitque ad  
Senecam vnum ex centurionibus, qui necessitatem ultimam denuntiaret. Ille interri-  
tus poscit testamenti tabulas: ac denegante centurione, conuersus ad amicos, quando me-  
ritis eorum referre gratiam prohiberetur, quod vnum iam tamen & pulcherrimum habebat, ima-  
ginem vitæ suæ relinquere testatur. cuius si memores essent bonarum artium, famam tam constan-  
tis amicitie laturos. Simul lacrymas eorum, modò sermone, modò intentior in modum  
coërcentis, ad firmitudinem reuocat, rogans: Vbi præcepta sapientiæ? Vbi tot per annos  
meditata ratio aduersum imminentiam? Cui enim ignaram fuisse sæuitiam Neronis? Neque aliud  
superesse post matrem fratremque, interfectos, quam ut educatoris præceptorisque necem adijceret.

Vbi hæc atque talia velut in commune disseruit, complectitur vxorem. & paululum  
<sup>136</sup> aduersus præsentem formidinem mollius, rogat oratque temperaret dolori, <sup>137</sup> ne  
æternum fusciperet, sed in contemplatione vitæ per virtutem actæ, desiderium mariti  
solatijs honestis toleraret. Illa contra, sibi quoque destinatam mortem adseuerat, ma-  
numque percussoris exposcit. Tum Seneca gloriæ eius non aduersus, simul amore, ne  
sibi vincè dilectam ad iniurias relinqueret: Vitæ, inquit, delimita monstraueram tibi, tu  
mortis decus mauis. non inuidebo exemplo. Sit huius tam fortis exitus constantia penes utrosque  
par, claritudinis plus in tuo sine. Post quæ, eodem ictu brachia ferro exfoluunt. Seneca, C  
quoniam senile corpus & paruo victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat, crurum  
quoque & poplitum venas abrupit. Sæuisque cruciatibus defessus, ne dolore suo ani-  
mum vxoris infringeret, atque ipse visendo eius tormenta, ad impatientiam delaberetur,  
suadet in aliud cubiculum abscederet. Et nouissimo quoque momento suppeditante  
eloquentiâ, aduocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita eius verbis, in-  
uertere superfedeo. At Nero, nullo in Paullinam proprio odio, ac ne glisceret inuidia  
crudelitatis, inhiberi mortem imperat. Hortantibus militibus, serui libertique obligant  
brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ. Nam ut est vulgus ad deteriora prom-  
ptum, non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam so-  
ciatæ cum marito mortis petiuisse, deinde oblatâ mitiore spe, blandimentis vitæ cui-  
ctam: cui addidit paucos postea annos, laudabili in maritum memoriâ, & ore ac mem-  
bris in eum pallorem albensibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum. Se-  
neca interim, durante tractu & lentitudine mortis, Staium Annæum diu sibi amicitia  
fide & arte medicinæ probatum, orat prouisum pridem <sup>138</sup> venenum, quo damnati pu-  
blico

134. NEC SIBI PROMPTVM.] Ipse de se ad  
Neronem: Non blandiar auribus tuis. nec enim mi-  
hi hic mos est. Maluerim veris offendere, quàm  
placere adulando.

135. NULLA PAVORIS SIGNA.] Lege  
hæc cum sequentibus: & admitte, fodes, calumnias  
Dionis.

136. ADVERSUS PRÆSENTEM FORMIDINEM.]  
Liber Flor. fortitudinem: quod Pichena explicat,  
contra ingentiam ac præsentem fortitudinem. At ego,  
formidinem, retineam: sed à Senecâ amoliar in vxo-  
rem, legamque, mollitam. Quod si de Senecâ, legam:  
aduersus præsentiam, formidine mollitus. Nimirum

aspectu illo complexus, amata & amanti vxoris, &  
cogitatione instantium, sensit metus aliquos motus:  
sed compressit, & euicit. statimque, vxorem ad robur  
etiam hortatur.

137. NE ÆTERNVM SVSCIPERET.] Quid hîc  
turbent aut rescribant, nescio: creber & velut ex for-  
mulâ sermo erat de æterno, id est magno & insolabile  
dolore. Lucretius:

— æternumque  
Nulla dies nobis mærorem è pectore tollet.  
In lapidibus: Æterno dolore adflictus. Rogat ergo  
parcè & modicè, id est sapienter, dolere.

138. VENENVM, QVO.] Cicutam.

139. STA-

A blico Atheniensium iudicio exstinguerentur, promeret: allatumque hau sit frustra, frigidis iam artibus & clauso corpore aduersum vim veneni. Postremo <sup>139</sup> stagnum calidæ aquæ introijt, respergens proximos feruorum; additâ voce, <sup>140</sup> *Libare se liquorem illum Ioui liberatori.* Exin <sup>141</sup> balneo illatus, & vapore eius exanimatus, sine vlllo funeris solenni crematur. Ita codicillis præscriperat, cum etiam tum prædiues & præpotens, supremis suis consuleret. Fama fuit, Subrium Flauium cum centurionibus occulto concilio, neque tamen ignorante Senecâ, destinauisse, vt post occisum \* ope Pisonis Neronem, Piso quoque interficeretur; tradereturque imperium Senecæ, quasi infanti, claritudine virtutum ad summum fastigium dilecto. Quin & verba Flauij vulgabantur, *Non referre dedecori, si citharædus dimoueretur, & Tragædus succederet.* quia vt Nero citharâ, ita Piso Tragico ornata canebat. Ceterum militaris quoque conspiratio non vltra fefellit, accensis indicibus ad prædendum Fenium Rufum, quem eundem conscium & inquitorem non tolerabant. Ergo instanti minitantiq; <sup>142</sup> renitens Sceuinus, neminem ait plura scire quàm ipsum. Hortaturque vltro redderet tam bono Principi vicem. Non vox aduersum ea Fenio, non silentium, sed verba sua præpediens, & pauoris manifestus, ceterisque, ac maximè Ceruatio Proculo equite, ad conuincendum eum connisis, iussu Imperatoris à Cassio milite, qui ob insigne corporis robur adstabat, corripitur, vinciturque. Mox eorum indicio Subrius Flauius tribunus peruertitur, primò dissimilitudinem morum ad defensionem trahens, neque se armatum cum inermibus & effeminatis tantum facinus consociaturum. Dein postquam vrgebatur, confessionis gloriam amplexus, interrogatusque à Nerone, quibus caussis ad <sup>143</sup> obliuionem sacramenti processisset: *Oderam te, inquit, nec quisquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruisti. odisse capi, postquam parricida matris & uxoris, auriga, histrio & incendiarius extitisti.* Ipsa rettuli verba, quia non vt Senecæ, vulgata erant. Nec minùs nosci decebat militaris viri sensus <sup>144</sup> & incomtos & validos. Nihil in illâ coniuratione grauius auribus Neronis accidisse constitit, qui vt faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret, insolens erat. Pœna Flauij <sup>145</sup> Veiano Nigro tribuno mandatur. Is proximo in agro scrobem effodi iussit, quam

Denique balnei vapore exanimatur.

Cap. 65.

\* Eior. operam

Rumor de Imperio ad Senecam transferebatur.

Cap. 66.

Sed non tam felix Roma.

Fenius Praefectus tandem detectus.

Cap. 67.

Et Flauius Tribunus.

Qui primò negat.

Mox cum iniectione salatur.

139. STAGNUM CALIDÆ AQUÆ.] Non solet: & scribit ipse, in omnem vitam balneo se abstinuisse: sed nunc usurpat primùm & postremùm, maturandæ morti, & vt sanguis efflueret, vel vt venenum in calidum corpus permearet. Stagnum autem intelligit Solium, opinor.

140. LIBARE SE LIQVOREM.] Ita Thræseas moriturus, Libemus, inquit, Ioui liberatori. Causa viris magnis, huius in supremis ioci, à more Græciæ, qui discessuri è conuiuio libabant Ioui seruatori. sic isti è vitâ, Ioui liberatori. Athenæus l. xv. in fragmento quod Canterus olim amicus noster publicauit: Τα δὲ μετὰ δειπνον κελελεύω πρῶτον ποστδιδόμενῳ ποτηρίῳ Δία σωτήρα ἐπιλέγειν. Suidas: Ἐΐδος εἶχον οἱ παλαιοὶ, μετὰ τὸ δειπνον πίνειν ἀγαθὸν δαίμονος, ἐπιπροφέντες ἀκατον, καὶ τὸ το λέγειν ἀγαθὸν δαίμονος. Ἄλλοι δὲ φασὶ τὸ πρῶτον ποτήριον εἶναι λέγειν, χειρὶ δὲ μέλλωντες, Διὸς σωτήρος. Adde huc, si vis, plura ab Erasmo in Chiliade II. centuriâ VIII. in Proverbio, Seruatori tertius.

141. BALNEO ILLATVS.] Sicco & Laconico, vt videtur; nam addit vapore exanimatum, acri illo & ardenti.

142. RENITENS SCEVINVS.] Imò, renidens, & statim: redderet iam bono Principi vicem.

143. OBLIVIONEM SACRAMENTI.] Non temerè sacramenti mentio. Nam milites sub Imp. ante omnia iurabant in Principis salutem. Pulchrè Arrianus lib. I. cap. XIV. Τῶ δὲ θεῶ ἐδει καὶ ἡμᾶς ὀμνῶσθαι ὄρκον,

οἶον ἑαυτῶν τῷ Καίσαρι. Ἄλλ' ἐκείνοι μὲν τὴν μεθ' ὀμοφροσύνην λαμβάνοντες ὀμνύσιν πάντων ἀπονηθήσθαι τῷ Καίσαρι σωτηρίαν. id est: Deo præstandum nobis iusiurandum est, quale militibus, Cæsari. At illi mercede acceptâ iurant rebus omnibus se præposituros salutem Cæsaris. Tertullianus alludit doctè, vt solet, De coronâ militis, vbi dissuadet Christiano militiam: Credimusne humanum sacramentum diuino superduci licere? & in alium dominum respondere post Christum? & eierare patrem ac matrem & omnem proximum, quos & lex honorari præcepit? Nam expressit propemodum formulam ipsam: quam attentus lector hauriet è Suetonij Calig. cap. xv. De sororibus auctor fuit vt omnibus sacramentis adijceretur, Neque me liberosque meos cariores habeo, quàm Caium & sorores eius. vbi scribendum aio, habebō. Quod iuramentum Dio etiam communicare cum Senatoribus videtur, in acta iurantibus anno nouo, de ipso Caio, lib. LIX. Περὶ δὲ τῆς Αὐγύστου τῆς τε Γαίης τὰ τε ἄλλα, ὡς περ εἶθις, καὶ ὅτι καὶ σφῶν ἀντὶ καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκείνων καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτῆ ἀπονηθήσθαι ὄμοσαν. Appositè ergo hic Nero à milite querit, cur oblitus sacramenti, perditum ire voluerit in cuius salutem iurauerat.

144. ET INCOMTOS ET VALIDOS.] Assentior Rhenano, incomtos, sed validos.

145. VEIANO NIGRO TRIBVNO.] Tribuni ergo interdum supplicium ipsi manu suâ sumebant. Vti supra hocce libro, Lateranus manu Statij Tribuni

quam Flavius ut humilem & angustam increpans, circumstantibus militibus, *Ne hoc A quidem, inquit, ex disciplina.* admonitus fortiter <sup>146</sup> protendere cervicem: *Vtinam, ait, tu tam fortiter ferias.* Et ille multum tremens, cum vix duobus ictibus caput amputauisset, scenitiam apud Neronem iactavit, <sup>147</sup> sesqui plagam interfectum a se dicendo. Proximum constantiae exemplum, Sulpicius Asper centurio praebuit: percontanti Neroni, cur in caedem suam conspirauisset? breuiter respondens: *Non aliter tot flagitijs eius <sup>148</sup> subueniri posse.* Tum iustam poenam subiit. Nec ceteri centuriones in perpetiendis supplicijs degenerauerunt. At non Fenio Rufo par animus, sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit. Opperiebatur Nero ut Vestinus quoque consul in crimen traheretur, violentum & infensum ratus: sed coniurati consilia cum Vestino non miscuerant, quidam vetustis in eum similitudinibus, plures quia praecipitem & infociabilem credebant. Ceterum Neronis odium aduersus Vestinum ex intima sodalitate coeperat, dum hic ignauiam Principis penitus cognitam despicit, ille <sup>149</sup> ferociam amici metuit, saepe asperis facitijs illusus; quae ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt. Accesserat recens causa, quod Vestinus <sup>150</sup> Statiliam Messallinam matrimonio sibi iunxerat, haut nescius inter adulteros eius & Caesarem esse. Igitur non crimine, non accusatore existente, quia speciem iudicij induere non poterat, ad vim dominationis conuersus, Gerelanum tribunum cum cohorte militum immittit: iubetque praevnire conatus consulis, occupare velut arcem eius, opprimere dilectam iuventutem, quia Vestinus imminentes foro aedes, <sup>151</sup> decoraque seruitia, & pari aetate habebat. Cuncta eo die munia consulis impleuerat: conuiuiumque celebrarat, nihil metuens, an dissimulando metu, cum ingressi milites vocari eum a tribuno dixerent. Ille nihil demoratus exsurgit, & omnia simul properantur, clauditur cubiculo, praesto est medicus, abscinduntur venae, vicens adhuc balneo infertur, calida aqua mersatur, nulla edita voce, quam se miseraretur. Circumdati interim custodia qui simul discubuerant, nec nisi prouecta nocte emissi

Militaviter moritur. Cap. 63. Asper pari fiducia.

Fenius contra mulierem. Nero Vestinum culpam voluisse. In quem ei vetus odium.

Cap. 69. Quia insons, pro imperio iubet uoxi.

Ille statim & nrepi de exsequitur.

buni trucidatur. cui caput incisum esse ex Arriano didicimus. Et libro XI. Messallina, ictu tribuni transigitur. Apud Senecam etiam scriptum, ep. IV. Cuius Caesar iussit Lepidum Decio Tribuno praebere cervicem. Notari volo. nam alias, Speculatores ferre ad supplicia sumenda destinati: non insignes milites.

146. PROTENDERE CERVICEM. ] Habitum hunc eorum qui gladio ferendi, describit Panegyristes in Theodosij laudatione: poplitem flectere, cervicem extendere ad plagam fortasse non unam. Quod supplicij genus tamen ignotum reip. \* priscæ: etiam in militiâ. Ideo Lucanus:

— nondum artis erat caput ense rotare.

Capit sub \* Imp. statimq. in creberrimo usu. A militiâ capisse credo, & in milites primo aequè militibus usurpatum. Suetonius Calig. cap. XXXII. Miles decollandi artifex, quibuscumque e custodia capita amputabat. Seneca de Ira lib. I. cap. XVI. Damnatus extra vallum deductus est, & iam cervicem porrigebat: cum subito apparuit ille commilito qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio praepositus condere gladium speculatorem iubet. & exempla obuia post Augustum. Honestior autem poena gladij, quam securis, ab eaq. mente illam Antonini Caracallæ vocem capio, cum securi Papinianus occisus esset, Gladio te exequi oportuit meum iussum. Xenophon eleganter de Cyri expedit. lib. II. extremo: de cade Menonis Thessali: Μετά δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν πικρῶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, ἔχων ὡσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοί, ὅσοι τιμωροὶ τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θανάτων

ἰδοκεῖ εἶναι, ἀλλὰ τῶν αἰκιστῶν ἐμαυτῶν, ὡς πικρῶς λέγει) τελευτῆς τυχεῖν. id est: Post aliorum Praetorum caedem, damnatus a rege interijt. Non ut Clearchus alijque duces, capite a cervicibus ablato (quod pulcherrimum mortis genus esse censetur) sed annum totum varijs contumelijs cruciatibusque affectus, ut sceleratus quispiam, tandem obiit.

147. SESQUIPLAGA INTERFECTVM. ] Caligulae praeeptum. Ita feri, ut mori se sentiat.

148. SUBVENIRI POSSE. ] Legi voluit, obueniri, optimus & doctissimus Faber: interpretaturq. resisti, & obuiam iri. Probabili per se coniectura fidem demit Suetonius, qui ad haec ipsa verba respiciens scripsit cap. XXXVII. Cum quidam crimen vltro faterentur, nonnulli etiam imputarent, tamquam aliter illi non possent, nisi morte succurrere, dedecorato flagitijs omnibus. Et clarè Dio, qui vertit: Ὅτι ἄλλως σοι βουθήσαι ἐν ἡδυνάμω. Sententia ergo animosior tenenda, ex horum scripto & interpretamento, videtur.

149. FEROCIAM AMICI. ] Haud dubiè, animi.

150. STATILIAM MESSALLINAM. ] Qua postea Neroni uxor. Sueton. cap. XXXV.

151. DECORAQUE SERVITIA, ET PARI AETATE. ] Existimo, Pedagogia describit: id est, caetum elegantium puerorum, quos composita veste, facie, capillis, in publico habebant: & plerumque unâ aetate. sic dicta, quia sub Pedagogo. Martialis:

Et pedagogo non iubente lasciui Parere gaudent villico capillati. Plura super istis in EXCURSV B.

\* Eius enim loco securis.

\* Imò in militiâ etiam antè ut apparet ex Hirtij Com. de bello Africo & Hisp. ubi aliquoties militibus cervices incisæ leguntur.

missi sunt, p  
& irridens N  
cedem imper  
ceteris ceder  
tus carmen  
vixit trad  
& Quinctian  
pore, nullo  
alum victim  
es deis, omar  
le gaudium  
te remoncrat  
ocabulo allu  
tatis Proxim  
e debne tribu  
quasi Princip  
ceterum Senec  
dona exilia. P  
illa magnis  
Pellitur & P  
tam quondam  
Nam Vergi  
Cassideno Q  
ce magmen &  
Celenius  
que Anzi I  
tate Nero, &  
finit, " a  
Tum qu  
Cassidano cor  
vltimas r  
Nero  
Sedur auull  
Enece lentus  
Miserisq. an  
tu  
concepit aq  
Vergin  
mumissu  
Ratum: a  
de Messio ca  
verat con  
i peder  
que qui est  
exilio non  
lactum. Et  
niam praefit  
quem Per  
capit, apud  
tatem, & ap  
tem. Vltimo  
det. Elapsu  
no matris  
Collis & L  
tine, Rutili  
M. CAENIV

A emissi sunt, postquam pauorem eorum imminens exitium opperientium & imaginatus & irridens Nero, satis supplicij luisse ait pro epulis cōsularibus. Exin M. Annæi Lucani Cap. 70. Lucanus. oc- ciusus. cædem imperat. Is profluente sanguine, vbi frigescere pedes manuque, & paulatim ab extremis cedere spiritum, feruido adhuc & compote mentis pectore intelligit, recordatus carmen à se compositum, quo vulneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obijisse tradiderat, <sup>152</sup> versus ipsos rettulit. eaque illi suprema vox fuit. Senecio posthac Et ceteri. & Quinctianus, & Sceuinus, non ex priore vitæ mollitiâ, mox reliqui coniuratorum perire, nullo facto dictove memorando. Sed compleri interim vrbs funeribus, Capi- Cap. 17. Romani in- terreâ sacrificant, gaudet. tolium victimis: alius filio, fratre alius, aut propinquo, aut amico interfectis, agere gra- tes deis, ornare lauru domum, genua ipsius aduolui, & dextram osculis fatigare. Atque ille gaudium id credens, Antonij Natalis & Ceruarij Proculi festinata indicia impuni- Nero præmia indicibus distribuit. tate remuneratur: Milichus præmijs ditatus, Conseruatoris sibi nomen Græco eius rei vocabulo assumpsit. E tribunis Granius Siluanus quamuis absolutus, suâ manu cecidit: Pœnas & ex- silia susce- pit. Staius Proximus veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit. Exu- Cap. 52. Milites allo- quitur: Et largitione auget. ti dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos, Staius Domitius, quasi Principem non quidem odissent, sed tamen existimarentur. Nouio Prisco per ami- Amicos item honoribus. citiam Senecæ, & Glitio Gallo atque Annio Pollioni infamatis magis quam conuictis data exsilia. Priscum Antonia Flacilla coniunx comitata est: Gallum Egnatia Maxi- milla, magnis primùm & integris opibus, post ademptis. quæ vtraque gloriam eis auxere. Pellitur & Rufus Crispinus occasione coniurationis, sed Neroni inuisus, quod Pop- pæam quondam matrimonio tenuerat. <sup>153</sup> Verginium Rufum claritudo nominis expul- sit. Nam Verginius studia iuuenum eloquentia, Musonius præceptis sapientiæ fouebat. Cluudio Quietō, Iulio Agrippæ, Blitio Catulino, Petronio Prisco, Iulio Altino, vel- ut in agmen & numerum, Ægæi maris insulæ permittuntur. At Cadicia vxor Sceuini, & <sup>154</sup> Cæsenius Maximus Italiâ prohibentur, reos fuisse se, tantum pœnâ experti. At illa mater Annæi Lucani, sine absolutione <sup>155</sup> in supplicio dissimulata. Quibus perpe- Cap. 52. Milites allo- quitur: Et largitione auget. tratis Nero, & concione militum habitâ, bina nummum millia viritim manipularibus diuisit; <sup>156</sup> addiditque sine pretio frumentum, quo antè ex modo annonæ uteban- Amicos item honoribus. tur. Tum quasi gesta bello expositurus vocat senatum, & triumphale decus Petronio Turpiliano consulari, Cocceio Neruæ prætori designato; Tigellino præfecto præto- rij

152. VERSVS IPSOS RETTULIT.] Sunt haud du- bic isti:

Scinditur auulsus, nec sicut vulnere sanguis  
Emicuit lentus, ruptis cadit vndique venis.  
Discursusque animæ diuersa in membra mean-  
tis  
Interceptus aquis.

153. VERGINIVM RVFVM.] Mancus locus: consequens immisâ voce legendum, Verginium & Mu- sonium Rufum: aut, Verginium & Rufum. Ecce enim de Musonio causam statim subiecit eius pulsi: & Dio narratâ coniuratione, Πέτρος μύθοι Μουσωνίου, inquit, ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐθυγάδεν. Sed Ver- ginus iste quis est? Non enim ille, opinor, illustris, de cuius exsilio non apud Tacitum, non apud Plinium usquam lectum. Et quomodo potuit? qui Germania & legionibus præfuit hisseis annis? Fuerit ergo eius cui Rhetor, quem Persij vetusta vita commemorat. Stu- dit, inquit, apud Grammaticum Remmiam Pa- læmonem, & apud Rhetorem Verginium Flac- cum. Vbi tamen vetustus codex B. Vulcanij, Flauum habet. Est illeipse, de quo Fabius l. III. Scripsit de eâ- dem materiâ (Rhetoricorum) non pauca Cornifi- cius, Celsus, & Lænas, & ætatis nostræ Verginius, Plinius, Rutilius. nominatq; & alijs.

154. CÆSENIVS MAXIMVS.] Scrib. Cæsonius,

& Martiali ab hac historiâ fœneranda lux, lib. VII. ad Ouidium quendam.

Maximus ille tuus, Ouidi, Cæsonius hic est,  
Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.  
Hunc Nero damnauit, sed tu dānare Neronem  
Aufus es, & profugi, non tua fata, sequi.  
Æquora per Scyllæ magnus comes exsulis isti,  
Qui modò nolueras Consulis ire comes.  
Si victura meis mandantur nomina chartis,  
Et fas est cineri me superesse meo:  
Audiet hæc præfens venturaque turba, fuisse  
Illi te, Senecæ quod fuit ille suo.

Vbi discis & Consulem fuisse hunc Cæsonium, & inter Senecæ amicos. quæ causâ certè damnationis.

155. IN SUPPLICIO.] Romana editio, sine abso- lutione, sine supplicio, probissimè.

156. ADDIDITQVE SINE PRETIO FRUMEN- TVM.] Suetonius Ner. c. X. Constituit Prætorianis cohortibus frumentum mensuram gratuitum. Senerus Imp. modum frumenti etiam auxit, de quo He- rodianus: Καὶ τὸ σιτηρεσίον αὐτοῖς πρῶτος ἠύξησε, καὶ δακτυλοῖς χρυσοῖς χρῆσασθαι ἐπέβησε. Iterumque Antoninus eius F. patrata cede Getæ. Idem scriptor: Πέτρος μύθοι δὲ τῶ σιτηρεσίῳ ἄλλο τὸ τελομεθίου ἦμισυ. id est: Adiecit annonæ, supra quam soliti accipere, dimidium.

De Nym-  
phidio, ex  
occasione.

Cap. 73.  
Edictum &  
confessiones  
reorum pro-  
posita.

In Senatu  
adulantium  
certamen.

Cap. 74.  
\* redundat,  
ut opinor.

Pugio Sceni-  
ni sacrauit:

Veris omni-  
nosus.

rij tribuit; Tigellinum & Neruam ita extollens, ut super triumphales in foro imagines, A  
apud palatium effigies eorum quoque sisteret. Dedit etiam consularia insignia Nymphi-  
dio; de quo quia nunc primum oblatus est, pauca repetam. Nam & ipse pars Romana-  
rum cladum erit. Igitur matre libertinâ ortus, quæ corpus decorum inter seruos liber-  
tosque Principum vulgauerat, ex C. Cæsare se genitum ferebat, quoniam forte quâdam  
habitu procerus & toruq; vultu erat: siue C. Cæsar scortorum quoque cupiens, etiam ma-  
tri eius illudit. Sed Nerô vocato senatu, oratione inter patres habitâ, edictum apud  
populum, & collata in libros indicia, confessionesque damnatorum adiunxit. Etenim  
crebro vulgi rumore lacerabatur, tamquam viros insontes ob inuidiam aut metum ex-  
stinxisset. Ceterum cœptam, adultamque & reuictam coniurationem neque tunc dubi-  
tauere, quibus verum noscendi cura erat, & fatentur, qui post interitum Neronis in vi-  
bem regressi sunt. At in senatu cunctis ut cuique plurimum mœroris, in adulationem  
demissis, <sup>157</sup> Iunium Gallionem Senecæ fratris morte pauidum, & pro suâ incolumitate  
supplicem increpuit Salienus Clemens, hostem & parricidam vocans: donec consensu B  
patrum deterritus est, ne publicis malis abuti ad occasionem priuati odij videretur,  
<sup>158</sup> neu compositam & oblitteratam mansuetudinem Principis nouam ad sæuitiam tra-  
heret. Tum decreta dona & grates deis [\* deernuntur] propriusque honos Soli, cui  
est vetus <sup>159</sup> ædes apud Circum, in quo facinus parabatur, qui occulta coniurationis,  
numine retexisset: utque Circensium cerealium ludicrum pluribus equorum cursibus  
celebraretur: mensisque Aprilis Neronis cognomentum acciperet: templum Saluti ex-  
strueretur, eo loci ex quo Scœuinus ferrum prorserat. Ipse cum pugionem <sup>160</sup> apud Ca-  
pitoliū sacrauit, inscripsitque IOVI VINDICI. In præsens haut animaduersum, post  
arma Iulij Vindicis ad auspiciū & præfagiū futuræ vltionis trahebatur. Reperio in  
commentarijs senatus, Cerialē Aniciū consulem designatum, pro sententiâ dixisse,  
ut templum diuo Neroni quàm maturrimè publicâ pecuniâ poneretur. Quod quidem  
ille decernebat, tamquam mortale fastigium egresso, & venerationem hominum me-  
rito: <sup>161</sup> quod ad omina olim sui exitus verteretur. <sup>162</sup> Nam deūm honor Principi non  
antè habetur, quàm agere inter homines desierit. C

157. IUNIVM GALLIONEM.] *Quem Nero post interfecit. Dio. In Eusebio autem clarius: Iunius An-næus Gallio, frater Senecæ, egregius declamator, propriâ se manu interfecit: mortem eius Nerone in suam præsentiam differente. Hoc confert illud Chronicon in annum hunc eundem, quo Lucanus & Seneca occisi. Mirum in Tacito nihil esse, si tamen hoc tempore ea cades.*

158. NEV COMPOSITAM ET.] *Præuè scriptum, & in contumeliam Neronis. Valdè scilicet Principem laudent, si oblitteratam clementiam eius dicant: id est, abolitam & sepultam. Ne dubita scribere: composita & oblitterata mansuetudine Principis. Hoc volunt. ne ea quæ oblitterata iam essent & tantum non deleta ex animo Principis, ille renouaret, & noua sæuitiæ materiem suggereret.*

159. ÆDES APVD CIRCVM.] *De quâ Tertullia-nus libello De Spectaculis.*

160. APVD CAPITOLIVM SACRAVIT.] *Ritu veteri & recepto. Suetonius Cal. cap. xxiv. Tres gla-dios in necem suam præparatos, Marti vltori, ad-dito elogio, consecrauit. Idem Vitellio cap. x. Pugio-*

nem, quò se Otho occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum. Dio in Anto-nino Caracalla: Καὶ τὸ ξίφος, δι' ἃ τὸν ἀδελφὸν ἀ-πεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ ἐπὶ Ὀλύμπου. Sed & apud Græcos Olympias gladium, quò rex (Philippus) per-cussus erat, Apollini sub nomine Myrtales conse-crauit. ait Iustinus. Tertullianus pulchrè de Resur-rectione carnis: Gladius benè de bello cruentus, & melior homicida, laudem suam consecratione pensabit.

161. QVOD AD OMINA OLIM SVI EXITVS VERTERETVR.] *Liquida apertaq; sententia. Olim, tantum sit significatione futuri: quod pueris non ignotum. At nostri Critici ex Budensi Codice, quòd clam ad omen ac dolum, legunt, non sine meo risu. D*

162. NAM DEVM HONOR PRINCIPI NON ANTE HABETVR, QVAM AGERE INTER HOMINES DESIERIT.] *Tertullianus pulchrè & appositè huic rei: Si non de mendacio erubescit eiusmodi adulatio, hominem deum appellando: timeat sal-tem de infausto. Maledictum est, ante Apotheo-sin, deum Cæsarem nuncupare.*